

J. P. Carriuson

John Y. [unclear] 1885  
Mar 1985 (1885)



1. *[Faint handwritten text]*

2. *[Faint handwritten text]*

3. *[Faint handwritten text]*



ELEMENTA LOGICAE.

SUBJICITUR

APPENDIX DE USU LOGICAE:

E T

CONSPECTUS ORGANI ARISTOTELIS.

O X O N I I,

EXCUDEBAT GUILIELMUS JACKSON.  
M.DCC.LXX.





ORNATISSIMO VIRO  
GUILIELMO DRAKE ARM. A.M.  
IN SENATU INFERIORE BRITANNICO  
DELEGATO;  
HAEC QUALIACUNQUE ELEMENTA  
IN ILLIUS SOCIETATIS USUM PRAECIPUE CONCINNATA,  
CUI TANTA IS CUM LAUDE PRIDEM INTERFUIT,  
HUMANIORUM LITERARUM AUDITOR ELEGANS,  
SEVERIORUM CULTOR ASSIDUUS,  
PROPENSISSIMO ERGA ACADEMIAM  
OMNEMQUE INGENUAM DISCIPLINAM STUDIO  
IN PRIMIS SPECTABILIS:  
IN MEMORIAM JUCUNDISSIMAE CONSUETUDINIS  
SUMMAEQUE OBSERVANTIAE TESTIMONIUM  
LUBENS MERITO DAT DICAT DEDICAT  
AUCTOR.



# ELEMENTA LOGICAE.

---

## PROOEMIUM.

**L**OGICA est ars instrumentalis mentem humanam dirigens in studio veritatis.

FINIS logicæ est cognitio veri.

OBJECTUM logicæ est mens humana.

SUBJECTUM logicæ est omne intelligibile; quicquid animo et cogitatione complectimur.

Mentis autem humanæ TRES sunt OPERATIONES, videlicet SIMPLEX APPREHENSIO, JUDICIUM, DISCURSUS.

**SIMPLEX APPREHENSIO** est nuda rei cujuslibet perceptio. Rei autem perceptæ ea quæ menti imprimitur quasi **IMAGO** seu **SPECIES** vocatur **IDEA**.

**JUDICIUM** est simplex duarum rerum vel idearum inter se comparatio.

**DISCURSUS** est duarum rerum vel idearum inter se comparatio, facta per comparisonem utriusque cum tertiâ quadam.

Singulis operationibus sui **DEFECTUS** accidunt; quibus mederi est artis logicæ; nimirum

Simplici apprehensioni, cum idea parum accurate rei percipiendæ respondeat, **INDISTINCTA PERCEPTIO** :

Judicio, cum imperfecta instituta sit comparatio, **FALSITAS IMMEDIATA** :

Discursui, cum postrema comparatio ex prioribus non rite inferatur, **MENDOSA COLLECTIO**.

Erratur igitur univérse, aut MALE PER-  
CIPiendo, aut MALE COMPARANDO, aut  
denique MALE INFERENDO.

UT IDEA est rei perceptæ imago, sic  
ipſius ideæ, et idearum inter ſe comparati-  
onis, VOX ; ſine qua nec diſcere aliquid nec  
docere neque diſputare poſſumus. Ita fit ut  
logica cum rerum et idearum tum etiam  
VOCUM rationem ſit habitura.

VOX est mentis humanæ operationum  
INTERPRES PRIMARIA ; ſignum rei vel ideæ,  
et rerum vel idearum inter ſe comparationis,  
ex inſtituto vicarium. Eſt autem SIMPLEX,  
COMPLEXA, DECOMPLEXA.

Vox SIMPLEX eſt oratio SIMPLICEM  
APPREHENSIONEM exprimens ; ſive rem vel  
ideam declarans, per ſe quæ ſit, non  
comparate.

Vox COMPLEXA eſt oratio JUDICIUM  
exprimens, ſive ſimplicem duarum rerum vel  
idearum inter ſe comparationem.


Vox DECOMPLEXA est oratio DISCURSUM exprimens, sive duarum rerum vel idearum inter se comparisonem, factam per comparisonem utriusque cum tertiâ quadam.

Propter hanc tum mentis humanæ operationum tum etiam vocis divisionem, in TRES PARTES dividitur logica : quarum

PRIMA agit de VOCE SIMPLICI sive SIMPLICI APPREHENSIONE :

SECUNDA de VOCE COMPLEXA sive JUDICIO :

TERTIA de VOCE DECOMPLEXA sive DISCURSU.



## C A P. I.

DE VOCE SIMPLICI five SIMPLICI AP-  
PREHENSIONE.

**V**OX simplex, five simplex apprehensio verbis rite declarata, TERMINUS dicitur: est enim propositionis (de qua infra) ὀρος five extremum.

Est igitur TERMINUS, oratio quæ rem vel ideam exponit simpliciter, nihil autem de ipsâ afferit aut affirmans aut negans: ut “ homo, lapis.”

Cum idea quælibet, vel unam rem designet five individuum, ut “ Socrates; Bucccephalus, Hoc Rubrum;” vel plures communi quodam similitudinis vinculo inter se connexas, ut “ homo, equus, rubrum;” vocatur illa, idea SINGULARIS five PARTI-

CULARIS, hæc vero UNIVERSALIS five COMMUNIS.

Proinde vox simplex five terminus est vel SINGULARIS vel COMMUNIS : declarat altera singularem ideam, et rem unam five individuum, ut “ Socrates;” altera communem, res plures scilicet, diversas numero, naturâ tamen five proprietatibus quibusdam similes, ut “ homo, animal.”

Intimam quidem rerum naturam et proprietates universas investigare, captum \* humanum superat; naturam vero apparentem notare proprietatesque primarias quibus conveniunt singulæ inter se ac discrepant, et secundum eas in CLASSES quasdam distribuere, vulgus hominum docuit vitæ communis usus, sapientes scientiæ studium :—proprietates hæc primarias classis cujusque ESSENTIAM vocant.

\* Vide LOCKE'S ESSAY ON HUMAN UNDERSTANDING, III. 6. ubi, pro more, mentis humanæ vires acute explicat, irridet scholasticos, ARISTOTELEM et saniores logicos exagitat (ut videtur) immeritò.



Res autem diversæ numero, naturâ sive proprietatibus quibusdam similes, inter se conveniunt vel secundum ESSENTIAM TOTAM; vel secundum PARTEM; vel secundum aliquid ESSENTIÆ CONJUNCTUM, sive NECESSARIO sive CONTINGENTER. Si conveniant secundum essentiam totam, numero tantum differunt, et sunt sub eadem SPECIE; ut “ Socrates, Plato, Aristoteles.” Si conveniant secundum partem essentiæ, numero differunt atque etiam specie, sunt tamen sub eodem GENERE; ut “ Socrates, Bucephalus :” quod sunt animalia, conveniunt; quod sint, alter ratione præditus, alter rationis expertus, differunt. Id vero in quod differunt, DIFFERENTIA dicitur; ut “ rationalis, irrationalis.” Sin autem conveniant secundum aliquid essentiæ conjunctum necessario, id PROPRIUM dicitur: ut “ dolere animalis, ridere hominis.” Si conveniant denique secundum aliquid essentiæ conjunctum contingenter, id ACCIDENS dicitur; ut “ albedo domûs, doctrina hominis.”

Omnes itaque ideæ universales, et proinde omnes voces communes, ad quinque classes

commode referuntur; quas quidem, cum vox quælibet communis de pluribus ΚΑΤΗΓΟΡΗΣΘΑΙ possit sive PRÆDICARI, καὶ ἔξοχην CATEGOREMATA sive PRÆDICABILIA vocant: sunt autem GENUS, SPECIES, DIFFERENTIA, PROPRIUM, ACCIDENS.

GENUS ita fere definitur, ut sit vox communis quæ prædicatur de pluribus quatenus SPECIE differentibus; ut “ animal de homine  
“ et bruto :”

SPECIES, vox communis quæ prædicatur de pluribus quatenus NUMERO TANTUM differentibus; ut “ homo de Platone et  
“ Socrate ;”

DIFFERENTIA, vox communis quæ prædicatur de pluribus specie vel numero differentibus, SECUNDUM ESSENTIAM CONSTITUTIVE; ut “ sensitivum de homine et  
“ bruto,” quorum animalitatem complet et constituit; “ rationale pariter de Platone et  
“ Socrate,” quorum humanitatem:

**PROPRIUM**, vox communis quæ prædicatur de pluribus specie vel numero differentibus, **SECUNDUM ESSENTIAM CONSECUTIVE**; ut “dolere de homine et bruto,” quorum animalitatem consequitur; “ridere de Platone et Socrate,” quorum humanitatem :

**ACCIDENS**, vox communis quæ prædicatur de pluribus specie vel numero differentibus, **EXTRA ESSENTIAM**; ut “albedo de homine, bruto, Platone, Socrate;” quorum animalitatem aut humanitatem nec constituit neque consequitur.

Species est vel **SUBALTERNA** vel **INFIMA**: subalterna dicitur, quæ, cum sit superiorum habitâ ratione species, inferiorum habitâ ratione est genus; infima, quæ, cum nulla sit inferior species, pro genere haberi nequit.

Genus pariter est vel **SUBALTERNUM** vel **SUMMUM**: subalternum dicitur, quod habitâ vicissim superiorum et inferiorum ratione, pro genere vel pro specie haberi potest; sum-

mum, quod, cum nullum sit superius genus, pro specie haberi nequit.

CUM res vel idea particularis quælibet, et proinde vox omnis singularis, primùm ad SPECIEM aliquam INFIMAM, deinde ad SPECIES et GENERA SUBALTERNA, postremo ad GENUS aliquod SUMMUM, revocari possit; si quis summorum generum ordinem quendam numerumque definitum statuerit, ille seriem extemplo dederit in quam res vel idea et vox simplex quælibet idonee et utiliter referatur.

Hujusmodi seriem aut excogitavit primus, aut perfecit, ARISTOTELES; quam pluris æstimarunt Veteres, minoris Neoterici. Decernebat vir acutissimus ens omne vel SUBSTANTIAM esse vel ACCIDENS sive MODUM: (quod quidem et Neotericis placet:) accidentium novem esse summa genera: decem hæc classes vocabat CATEGORIAS sive PRÆDICAMENTA.

SUBSTANTIA est substratum illud, (quod cogitatione meliùs possumus quam oratione complecti,) in quo utpote in sede suâ et fundamento inhærent omnes rei cujuslibet proprietates : Vel

Est res ipsa quatenus ex omnibus suis proprietatibus composita ; ut “ aurum, aqua.”\*

ACCIDENS vero sive MODUS est rei proprietas, quæ in aliqua substantiâ inhæret, nec sine ipsâ potest existere ; ut “ flavum, “ fluidum, rotundum.”

PRÆDICAMENTA sunt SUBSTANTIA, QUANTITAS, QUALITAS, RELATIO, ACTIO, PASSIO, UBI, QUANDO, SITUS, HABITUS.

SUBSTANTIA vulgo ita definitur, ut sit ens per se subsistens et substans accidentibus ; ut “ homo, equus, ferrum :”

QUANTITAS similiter, — accidens

\* Vide LOCKE'S ESSAY, II. 23.

per quod substantia quanta vel quota dicitur; ut “sesquipedalis, uncia, tres:”

QUALITAS — per quod aliqui quales esse dicuntur; ut “doctus, ingeniosus, albus:”

RELATIO — respectus rei unius ad aliam, in quo quidem consistit totum TO ESSE utriusque; ut “duplum et dimidium, “pater et filius:”

ACTIO — fluxus virium agentis in patiens; ut “secare, verberare:”

PASSIO — actionis receptio; ut “secari, vapulare:”

UBI — loci notatio, rei personæ vel facti accommodata; “me videbis ad Philippas:”

QUANDŌ — temporis notatio, rei personæ vel facti accommodata; “hoc fiet:”

SITUS — rei positio, tum respectu

suarum partium inter se, tum loci aliarumque rerum.

HABITUS ——— rerum externarum habitio, ut vestium, ornamentorum, opum.

CUM vox fit signum rei vel ideæ ex instituto vicarium, si parum perspicue declaret rem vel ideam cujus vice fungitur, explicari debet; si sit obscura, DEFINIENDO; si autem ambigua, DIVIDENDO. Sæpe etiam res ipsa vel idea utiliter explanari potest: DEFINITUR enim ignota, multiplex DIVIDITUR.

DEFINITIO VOCIS five NOMINIS est oratio rem vel ideam indicans pro qua subjicitur vox definita. Fit vel per vocem notioem vel per etymologiam.

DEFINITIO REI est oratio rei naturam explicans. Fit autem per genus & differentiam; vel per propria; vel denique, modo plene cumulateque enumerentur, per accidentia.

Bene definiendi LEGES PRIMARIÆ. 1. Definitio fit adæquata definito. 2. Per se clarior fit & notior definito. 3. Justo vocum propriarum numero absolvatur.

DIVISIO VOCIS, quæ et distinctio dicitur, est vocis in varia sua significata distributio.

DIVISIO REI est totius in suas partes distributio : nempe vel

Totius UNIVERSALIS in partes SUBJECTAS ; ut “ animalis in hominem et pecudem :” vel

Totius ESSENTIALIS in partes CONSTITUENTES ; ut “ hominis in corpus et animam :” vel denique

Totius INTEGRI in partes COMPONENTES ; ut “ centum in monades, arboris in truncum, ramos, etc.”

Bene dividendi LEGES PRIMARIÆ. 1. Dividentia figillatim minus contineant quam divisum. 2. Dividentia conjunctim plus mi-



nusve ne contineant quam divisum. 3.  
Membra divisionis sint oppositæ.

SUNT quædam vocum simplicium classēs, quas imprimis expedit notare, definire, dividere. Vox enim simplex est pro diverso usu et ratione, finita, infinita: positiva, privativa, negativa: univoca, æquivoca, analogæ: concreta, abstracta: conveniens, opposita: primæ intentionis, secundæ intentionis.

VOX FINITA unam rem vel rerum classē designat; ut “homo:”

VOX INFINITA res omnes indicat præter illam unam; ut “non — homo.”

VOX POSITIVA significat rem quasi præsentem; ut “videns:”

VOX PRIVATIVA rem denotat quasi absentem a subjecto capaci; ut “cæcatus, de homine:”

NEGATIVA autem quasi absentem a subjecto incapaci; ut “cæcus, de lapide.”

VOX UNIVOCA est cujus una significatio æque convenit multis ; ut “ Animal homini, equo, leoni :”

VOX ÆQUIVOCA est cujus diversæ significationes æque conveniunt multis ; ut “ gallus homini et avi :”

VOX ANALOGA est cujus una significatio convenit multis inæqualiter ; ut “ pes, parti corporis humani et montis radicibus.”

VOX CONCRETA rem significat quasi suo subiecto implicitam ; ut “ candidus :”

ABSTRACTA vero quasi a suo subiecto exemptam ; ut “ candor.”

VOCES CONVENIENTES sunt quæ possunt simul dici de eodem ; OPPOSITÆ quæ non item.

Oppositio vocum simplicium est vel RELATIVA, inter relata ; ut “ pater et filius :” vel CONTRARIA, inter qualitates se mutuo pellentes ; ut “ malum et bonum, “ par et impar :” vel PRIVATIVA, inter habitationem et privationem ; ut “ videns et “ cæcatus :” vel CONTRADICTORIA, inter

positionem et negationem ; ut “ homo et  
 “ non-homo, sedere et non-sedere. Admit-  
 tunt prima et tertia MEDIUM ABNEGATI-  
 ONIS, non autem PARTICIPATIONIS : quarta  
 NEUTRUM : secunda aliàs NEUTRUM, aliàs  
 UTRUMQUE.

Vox denique PRIMÆ INTENTIONIS est  
 vox popularis in communi usu posita ; ut  
 “ prædico :”

Vox SECUNDÆ INTENTIONIS est vox artis,  
 quam de communi sermone sumptam recu-  
 dit philosophia ; ut “ prædicabile.”



## C A P. II.

## De VOCE COMPLEXA sive JUDICIO.

**V**OX complexa, sive Judicium verbis rite declaratum, PROPOSITIO vocatur sive ENUNCIATIO. Prius enim habitâ duarum rerum vel idearum inter se comparatione, PROPONITUR sive ENUNCIATUR eas vel convenire mutuo vel differre.

Est igitur PROPOSITIO, oratio quæ aliquid de aliquo asserit: "homo est animal."

TRES adeo PARTES sive terminos complectitur; SUBJECTUM, PRÆDICATUM, (quæ extrema vocantur) COPULAM.

SUBJECTUM est terminus de quo aliquid asseritur sive prædicatur: "homo."

PRÆDICATUM est terminus qui de altero asseritur sive prædicatur : “ animal.”

COPULA est terminus qui subjectum cum prædicato connectit, in qua quidem ipsa continetur assertio : “ Est.”

Prædicatum, cum fit plerumque generale quiddam adeoque ambitûs amplioris, terminus MAJOR appellatur :

Subjectum pariter, cum fit fere speciale quiddam et angustioris ambitûs, ob eam rem MINOR dicitur.

Subjectum prædicatum et copula sunt propositionis partes ESSENTIALES, quandoquidem est ORATIO ALIQUID DE ALIQUO ASSERENS. Cum autem fieri possit, ut aliquid asseratur de aliquo, QUOAD PARTEM vel TOTUM, sunt aliæ partes NON-ESSENTIALES quæ assertioni limites quosdam modumque statuunt ; ut “ omnis, aliquis.”

Propositio secundûm SUBSTANTIAM di-

viditur in SIMPLICEM five CATEGORICAM, et COMPOSITAM five late sumptam HYPOTHETICAM.

Propositio SIMPLEX five CATEGORICA aliquid de aliquo, unicâ prædicatione, asserit, absolute et simpliciter.

Propositio Categorica est vel PURA vel MODALIS: hæc modum statuit quo terminus major de minore prædicatur; illa non item: “ homo est animal:” “ necesse est “ hominem esse animal.”

MODI autem PRÆDICATIONIS sunt DUO: conveniunt enim res inter se vel differunt, aut NECESSARIO, aut CONTINGENTER.

Propositio modalis in puram mutatur, si modus fiat prædicatum, et pars residua subjectum; “ hominem-esse-animal est necesse:” vel melius, si modus prædicato inferatur adverbialiter; “ homo est necessario-animal.”

Propositio categorica secundum QUALITA-

TEM dividitur in AFFIRMATIVAM et NEGATIVAM : quarum altera copulâ affirmativâ utitur, altera negativâ ; altera res inter se convenire asserit, altera differe.

Propositio categorica secundum QUANTITATEM est UNIVERSALIS, PARTICULARIS, INDEFINITA, SINGULARIS.

Propositio UNIVERSALIS est, cujus subjectum est vox communis cum signo universalis : “ omnis homo est animal.”

Propositio PARTICULARIS pro subjecto utitur voce communi cum signo particulari : “ aliquis homo est doctus.”

Propositio INDEFINITA est, cujus subjectum est vox communis sine signo : “ homo est animal.”

Propositio SINGULARIS est, cujus subjectum est vox singularis : “ Socrates est philosophus.”

Nimirum propositio UNIVERSALIS prædicat de suo subiecto TOTO, PARTICULARIS de PARTE ejusdem :

Proinde INDEFINITA in materiâ necessariâ ÆQUIPOLLET UNIVERSALI ; loqui enim intelligitur, ut potuit, de subiecto TOTO : PARTICULARI autem in materiâ contingenti ; loqui enim sumitur, ut debuit, de PARTE tantúm. SINGULARIS autem semper ÆQUIPOLLET UNIVERSALI ; nam prædicat de individuo, adeo de TOTO.

Omnis igitur propositio categorica est UNIVERSALIS AFFIRMATIVA, UNIVERSALIS NEGATIVA, PARTICULARIS AFFIRMATIVA, PARTICULARIS NEGATIVA.

Terminus PRO TOTO POSITUS, cum ponatur necessarie pro partibus in quas distribui possit univèrsis, ob eam rem DISTRIBUI dicitur.

In propositione UNIVERSALI AFFIRMATIVA subiectum solum distribuitur :



In UNIVERSALI NEGATIVA subjectum et prædicatum :

In PARTICULARI AFFIRMATIVA neutrum :

In PARTICULARI NEGATIVA solum prædicatum.

Propositio categorica secundum QUALITATEM REI, si ipsam spectes, VERA est aut FALSA ; si mentem percipientis, EVIDENS aut NON-EVIDENS.

Propositio VERA res vel ideas inter se convenire asserit quæ conveniunt, differre quæ differunt.

Propositio FALSA res vel ideas inter se convenire asserit quæ differunt, differre quæ conveniunt.

Propositio EVIDENS est, cui mens humana, si diligenter ipsam intueatur, non potest non assentire : “ Quod agit est.” “ Idem “ non potest esse simul et non esse.”

Propositio NON-EVIDENS est, cui mens humana, si diligenter ipsam intueatur, nec plane assentire se coactam sentit, neque potest plane dissentire: “ trianguli tres interiores anguli æquales sunt duobus rectis.”

Propositio non-evidens est PROBABILIS vel IMPROBABILIS.

Propositio PROBABILIS est, cum mens ad assentiendum se proniorem sentit, quam ad dissentiendum; “ parentes diligunt liberos:”

IMPROBABILIS contra; “ plus diligunt liberi parentes quam parentes liberos.”

Propositio evidens, utpote iudicio satis illustrata, DISCURSUM NON POSTULAT; est enim duarum rerum vel idearum inter se comparatio, quæ per tertiam quandam aut omnino, aut saltem melius, fieri non potest. Contra

Propositio non-evidens DISCURSUM POSTULAT; est enim duarum rerum vel idearum

inter se comparatio, quæ sine tertiâ quadam commode fieri non potest.

Propositionem evidentem a non-evidenti distinguit *ASSENSIO NECESSARIA*, quam mens sine dolore quodam et reatu denegare aut retinere nequit. Hujus autem assensionis, per quam res vel ideas inter se convenire censemus aut differre, iidem plane sunt atque ipsarum idearum fontes, *SENSATIO* scilicet et *REFLECTIO*: alterius ope “ rubrum colore percipimus,” et “ judicamus rubrum non esse violaceum;” alterius pariter “ spem percipimus,” et “ judicamus spem a timore esse diversissimam.”

*PROPOSITIONIS* categoricæ sunt *AFFECTIONES DUÆ* quas notâsse non pœnitebit: *OPPOSITIO* scilicet et *CONVERSIO*.

*OPPOSITIO PROPOSITIONUM* est cum duæ propositiones, iisdem utentes extremis, quantitate tamen aut qualitate aut utrâque discrepant. Est autem *CONTRA-*

**DICTIONARIA, CONTRARIA, SUBCONTRARIA,  
SUBALTERNA.**

Oppositio **CONTRADICTORIA** est inter propositiones duas tum quantitate tum qualitate discrepantes.

Oppositio **CONTRARIA** est inter universales duas qualitate discrepantes.

Oppositio **SUBCONTRARIA** est inter particulares duas qualitate discrepantes.

Oppositio **SUBALTERNA** est inter propositiones duas qualitate convenientes, quantitate discrepantes: quarum universalis **SUBALTERNANS**, particularis **SUBALTERNATA** dicitur.

Propositiones contradictoriæ nunquam sunt simul veræ aut simul falsæ: contrariæ nunquam simul veræ, in materiâ contingenti semper simul falsæ: subcontrariæ nunquam simul falsæ, in materia contingenti semper

simul veræ : in subalternis, universalem veram sequitur vera particularis ; particularem falsam falsa universalis.

CONVERSIO PROPOSITIONUM est cum extrema ita cum se invicem locum officiumque mutant, ut ex verâ propositione conversâ nascatur vera convertens : quod fiet continuo, MODO EXTREMUM IN UNA NON DISTRIBUTUM NE DISTRIBUTUR IN ALTERA.

Si fervetur quantitas, SIMPLEX dicitur ; si minuatur, PER ACCIDENS.

Universali negativæ competit conversio simplex, quia EXTREMORUM DISTRIBUTUR UTRUMQUE ; particulari etiam affirmativæ, quia NEUTRUM :

Universali affirmativæ non competit ; quia SUBJECTUM SOLUM DISTRIBUTUR : convertitur autem per accidens, videlicet per conversionem suæ SUBALTERNATÆ : quod quidem et universali negativæ licet.

Particularis negativa nec simpliciter convertitur, nam *DISTRIBUIT PRÆDICATUM SOLUM*: nec per accidens, nam non habet *SUBALTERNATAM*: neque alio modo præterquam obscuro & inutili.

Propositio *COMPOSITA* five *HYPOTHETICA* late sumpta plures complectitur categoricas per conjunctionem aliquam inter se connexas; proinde aliquid de aliquo, plus unicâ prædicatione, sub conditione asserit.

Est autem vel *CONDITIONALIS* five *HYPOTHETICA* stricte sumpta, vel *DISJUNCTIVA*: nam cæteras aut ablegandas esse placet aut huc saltem referendas.

Propositio *CONDITIONALIS* five *HYPOTHETICA* stricte sumpta plures complectitur categoricas per conjunctionem conditionalem inter se connexas: “ si quis  
“ sapiat est beatus.”


Præmissâ conditione asserit: conditio *ANTECEDENS*, assertio *CONSEQUENS* vocatur; harum inter se connexio, *CONSEQUENTIA*:

propositio pro verâ habetur, cujus vera est consequentia.

Propositio DISJUNCTIVA plures complectitur categoricas per conjunctionem disjunctivam inter se connexas : “ aut Socrates sapit aut est miser.”

Sub implicitâ conditione asserit, nimirum ex pluribus oppositis unum : propositio pro verâ habetur, in qua vera est oppositio.

Propositio quâlibet composita ad simplicem pro re natâ potest revocari ; disjunctiva quidem prius ad conditionalem, conditionalis directe ad simplicem.



## C A P. III.

De VOCE DECOMPLEXA sive DISCURSU,

**V**OX decomplexa, sive discursus verbis rite declaratus, SYLLOGISMUS dicitur. Prius enim habitâ duarum rerum vel idearum ad tertiam quandam comparatione ΣΥΛΛΟΓΙΖΕΤΑΙ ΤΙΣ, sive subductâ ratione colligit, eas inter se vel convenire vel differre,

Est igitur SYLLOGISMUS oratio quæ, præmissâ utriusque cum tertio aliquo comparatione, aliquid de aliquo asserit :

“ Omnis homo est animal :

“ Socrates est homo : ergo

“ Socrates est animal.”

TRES adeo TERMINOS complectitur : MINOREM, MAJOREM, (quæ extrema appellantur) MEDIUM,



MINOR fyllogismi terminus est de quo aliquid asseritur sive prædicatur : “ Socrates,”

MAJOR est qui de altero asseritur sive prædicatur : “ animal.”

MEDIUS est quicum uterque seorsum erat comparatus : “ homo.”

Proinde TRES etiam PROPOSITIONES continet : PRÆMISSAM MAJOREM, PRÆMISSAM MINOREM, CONCLUSIONEM.

PRÆMISSA MAJOR est propositio in qua major fyllogismi terminus cum medio comparatur : “ omnis homo est animal.”

PRÆMISSA MINOR, in qua minor cum medio comparatur : “ Socrates est homo.”

CONCLUSIO, in qua major cum minore : “ Socrates est animal.”

Major itaque fyllogismi terminus est prædicatum conclusionis ; minor subjectum conclusionis : medius conclusionem non ingreditur.

Præmissa major simpliciter PROPOSITIO, præmissa minor ASSUMPTIO, cognominatur : propositio autem quæ in syllogismo conclusio, extra syllogismum QUÆSTIO sive PROBLEMA, dicitur.

PRINCIPIA in quibus fundatur vis universa syllogismi :

I. Quæ conveniunt in uno aliquo eodemque tertio, ea conveniunt inter se.

II. Quorum unum convenit, alterum differt, uni et eidem tertio, ea differunt inter se.

III. Quæ non conveniunt in uno aliquo eodemque tertio, ea non conveniunt inter se.

IV. Quorum neutri inest quod non fit in alio, ea non differunt inter se.

V. Quæ non probantur convenire in uno aliquo eodemque tertio, ea non probantur convenire inter se.

VI. De quibus non probatur, convenire

unum eidem alicui tertio cui alterum differt, ea non probantur differre inter se.

Ex hisce principiis deducuntur perfecti syllogismi CANONES : videlicet

I. In omni syllogismo sunt tres, et tres tantum, termini.

II. In omni syllogismo sunt tres, et tres tantum, propositiones.

III. Ancipiti medio nihil conficitur.

IV. Medium non distributum est anceps : quare

v. Medium in præmissis semel ad minimum distribui debet : sufficit tamen si vel semel distribuatur.

VI. Processus ab extremo non distributo in præmissis ad idem distributum in conclusione vitiosus est.

VII. Præmissis negantibus nihil probatur.

VIII. Si præmissarum altera sit negativa, erit etiam conclusio : contra

IX. Si conclusio sit negativa, erit etiam altera præmissarum.

X. Præmissis particularibus nihil probatur.

XI. Si præmissarum altera particularis sit, particularis erit conclusio.

XII. Quòd si conclusio particularis sit, non contra sequitur ut præmissarum altera sit particularis.

FIGURA syllogismi est variata medi termini cum extremis dispositio quoad subjectionem et prædicationem. Est autem TRIPLEX: nam medius terminus aut subjectum erit præmissæ majoris et prædicatum minoris, quæ FIGURA PRIMA; aut utriusque prædicatum, quæ SECUNDA; aut utriusque subjectum, quæ TERTIA, dicitur.

MODUS syllogismi est variata propositionum determinatio quoad quantitatem et qualitatem.

Cum plane diversæ esse possint quantitas et qualitas propositionum, et medium cum

extremis varie conferri, exinde oriuntur multiplices syllogismorum formæ; quarum alias abjiciunt dialectici, alias retinent, literulis quibusdam versiculisque consignantes. Quem juvant hæc artis logicæ præcepta spinosiora; adeat scholasticos. Sciat interim syllogismum quemlibet secundum prædictos canones rite instructum, cujuscunque modi aut figuræ fuerit, utilem esse et legitimum; non ita instructum, falsum esse pariter et inutilem.

Sunt autem cujusque figuræ leges quædam speciales, quas non pigebit meminisse: scilicet

In FIGURA PRIMA præmissa major est universalis, minor affirmativa:

In FIGURA SECUNDA major itidem universalis, præmissarum altera negativa:

In FIGURA TERTIA minor est affirmativa, conclusio particularis.

SYLLOGISMUS IMPERFECTUS de legitimâ formâ deflectit paululum, veris ta-

men fyllogismi principiis nititur et ad ipsam formam potest revocari. Hujusmodi fyllogismorum plures sunt species; nempe ENTHYMEMA, SORITES, SYLLOGISMUS HYPOTHETICUS, SYLLOGISMUS DISJUNCTIVUS, SYLLOGISMUS MODALIS, INDUCTIO, EXEMPLUM, DILEMMA.

ENTHYMEMA est fyllogismus re et mente perfectus, voce tantum imperfectus; cujus præmissarum una reticetur: altera ANTECEDENS dicitur, conclusio CONSEQUENS:

“ Socrates est homo : ergo

“ Socrates est animal.”

Prolatâ quæ reticetur propositione, ad legitimam formam revocatur.

SORITES est series vel cumulus propositionum, quarum prioris prædicatum fit subjectum sequentis ordine continuo, donec tandem subjectum primæ cum prædicato postremæ contuleris. Vel est catena enthyme-

matum ex unâ propositione nata, quorum omnium præterquam postremi reticetur consequens :

“ Omnis homo est animal:”

“ Omne animal est vivens :

[“ Ergo omnis homo est vivens.”]

“ Omne vivens est corpus :

[“ Ergo omnis homo est corpus.”]

“ Omne corpus est substantia :

“ Ergo omnis homo est substantia.”

Facilè revocatur, vel priùs ad imperfectam enthymematis formam, vel directè ad legitimam syllogismi.

SYLLOGISMUS HYPOTHETICUS est qui unam habet vel plures propositiones hypotheticas stricte sumptas :

“ Si quis sit philosophus, sapit :

“ Si quis sapiat, est beatus : ergo

“ Si quis sit philosophus, est beatus.”

“ Si Socrates sapiat, est beatus :

“ Sed Socrates sapit : ergo

“ Socrates est beatus.”

Syllogismi hypothetici CANONES PROPRII :

1. Positâ antecedente recte ponitur consequens. 2. Sublatâ consequente recte tollitur antecedens. 3. Sublatâ antecedente, vel positâ consequente, nihil recte colligitur.

SYLLOGISMUS DISJUNCTIVUS est qui majorem habet disjunctivam :

“ Aut Socrates sapit, aut est miser :

“ Sed Socrates non sapit : ergo

“ Socrates est miser.”

Syllogismi disjunctivi CANON PROPRIUS :

Sublatâ unâ parte, cæterisve si plures sint, recte ponitur residua. Et, si modo partes ita sint inter se oppositæ ut nequeant simul consistere, VI MATERIÆ positâ unâ cæterisve recte tollitur residua.

Horum uterque ad legitimam formam revocatur, redactâ in simplicem propositionem quaque compositâ.



SYLLOGISMUS MODALIS est qui unam habet vel plures propositiones modales:

“ Necessè est hominem esse animal rationale :  
 “ Possibile est animal rationale peccare : ergo  
 “ Possibile est hominem peccare.”

Mutantur modales in puras, et fiet legitimus syllogismus.

INDUCTIO est enthymema quod a partibus satis enumeratis infert de toto : præcipue autem a singularibus sive individuis de universis ;

“ Mercurius, Venus, etc. lucem a sole mutantur : ergo  
 “ Omnes planetæ lucem a sole mutantur.”

EXEMPLUM est enthymema quod a parte notiore infert de parte simili ignotiore : præcipue autem a singulari de singulari simili :

“ Terra est habitabilis : ergo  
 “ Jupiter est habitabilis.”

“ C. Julius Cæsar erat patriæ paricida :

“ Ergo erit C. Octavius.”

Progreditur legitimus fyllogismus A TOTO AD PARTES : inductio A PARTIBUS AD TOTUM : exemplum A PARTE AD PARTEM. Optime omnium PRIMUS, ubi materia competit : utiliter ALTERA, præsertim in physicâ : TERTIUM non male, ut in rebus æconomicis, politicis, historicis, etc.

DILEMMA est fyllogismus imperfectus pro majore habens, aut propositionem disjunctivam ; aut plures hypotheticas disjunctive oppositas ; aut unam denique hypotheticam cum consequente disjunctivâ : pro minore, partem ceperit adversarius utram libet : premitur utrinque : neutra igitur tuenda : itaque deferenda est quæstio in conclusione. Est quidem INDUCTIO NEGATIVA.

“ Ducenda est uxor aut formosa aut deformis :

“ Vis formosam ? habebis ΚΟΙΝΗΝ

“ Vis deformem ? habebis ΠΟΙΝΗΝ :

“ Ergo non ducenda est uxor.”

“ Si uxorem duxeris formosam, habebis  
 ΚΟΙΝΗΝ; si deformem, ΠΟΙΝΗΝ:

“ Utram mavis accipe:” Neutram.

“ Ergo non ducenda est uxor.”

“ Si planta sit animal, est vel homo vel  
 brutum:

“ Sed certe est nec homo nec brutum:

“ Ergo planta non est animal.”

Syllogismi cujuslibet imperfecti CANON GENERALIS esto: Eatenus perfecti syllogismi officio fungitur, quatenus ad legitimam ejusdem formam redigi potuerit.

SYLLOGISMUS ad canonas rite exactus e veris præmissis veram conclusionem eliciet. Est autem syllogismorum genus, qui ad normam exacti videntur, nec sunt; nempe SYLLOGISMI SOPHISTICI.

Horum FINIS est, ita futilibus quibusdam fallaciis adversarium capere, ut vel seipsum REDARGUAT; vel FALSUM aliquid concedat,

aut faltem PARADOXUM ; vel SOLÆCISMUM faciat ; vel denique NUGETUR. Hæ sunt scilicet QUINQUE SOPHISTARUM METÆ ; quorum arma sic instructa proponit Dialectica, non utenda quidem, sed declinanda :

FALLACIÆ sunt in dictione sex, extra dictionem septem.

IN DICTIONE.

I. Fallacia ÆQUIVOCATIONIS nascitur ex voce simplici ambiguâ :

“ Canis est animal :

“ Sirius est canis : ergo

“ Sirius est animal.”

Solvitur distinctione.

II. Fallacia AMPHIBOLIÆ nascitur ex propositione ambiguâ, cujus voces simplices non sunt ambiguæ.

“ Quod tangitur a Socrate, illud sentit :

“ Columna tangitur a Socrate : ergo

“ Columna sentit.”

Solvitur ambiguam propositionem explicando.

III. Fallacia COMPOSITIONIS fit cum datum in sensu diviso sumitur in composito :

“ Duo et tria sunt par et impar :

“ Quinque sunt duo et tria : ergo

“ Quinque sunt par et impar.”

IV. Fallacia DIVISIONIS fit cum datum in sensu composito sumitur in diviso :

“ Planetæ sunt septem :

“ Mars et Venus sunt planetæ : ergo

“ Mars et Venus sunt septem.”

Solvuntur factō inter sensum divisum et compositum discrimine.

V. Fallacia ACCENTUS sive PROSODIÆ nascitur a simili scribendi vel pronunciandi modo :

“ Quod editur abit in ventrem :

“ Liber editur : etc.”

VI. Fallacia FIGURÆ DICTIONIS oritur a dictionum similitudine vel analogiâ, sive logica res agitur sive grammatica :

“ Telum est NEUTRALE : ergo sagitta.”

“ Verberare est ACTIO : ergo et vapulare.”

Omnes fallaciæ prædictæ peccant vel in canonem primum vel tertium vel utrumque.

EXTRA DITIONEM.

I. Fallacia ACCIDENTIS fit cum datum de essentiali sumitur de accidentali :

“ Caro quæ emitur comeditur :

“ Caro cruda emitur : ergo

“ Caro cruda comeditur.”

Solvitur facto discrimine inter substantiam de qua major loquitur et accidens de qua minor.

II. Fallacia A DICTO SECUNDUM QUID AD DICTUM SIMPLICITER fit cum datum sub limitatione sumitur absolute :

“ Æthiops est albus dentes : ergo

“ Æthiops est albus.”

III. Fallacia IGNORATIONIS ELENCHI adversarii assertioni objicit, pro verâ

ejusdem contradictoriâ, alteram quæ videtur esse nec est :

“ Aliquis homo est doctus.”

“ Negatur.”

“ Therfites non est doctus : etc.”

Solvitur si detectâ falsâ contradictoriâ veram obtuleris.

IV. Fallacia A NON - CAUSA PRO CAUSA fit cum sumitur comitans pro causâ, vel causa per accidens pro causâ per se :

“ Quod inebriat, illicitum est :

“ Vinum inebriat : etc.”

Respuatur falsa causa ; adducatur germana.

V. Fallacia CONSEQUENTIS infert quod non sequitur ; præcipue vero cum male reciprocatur consecutio :

“ Homo sceleratus prosperâ fortunâ utitur :

“ ergo

“ Homo sceleratus rerum Gubernatori placet.”

“ Omnis homo est animal : ergo

“ Omne animal est homo.”

Solvitur, si consequentiæ infirmitatem ostenderit.

Fallacia PETITIONIS PRINCIPII est, cum ut datum assumitur id ipsum quod erat probandum : nimirum si quid probetur per seipsum, quæ vocatur petitio statim ; vel per synonymum, vel per æque ignotum aut ignotius ; vel denique per circulum :

“ Quod non amisisti habes :

“ Cornua non amisisti : etc.”

Ostendatur medium non esse a quæsito diversum, vel saltem ipso haud notius.

Fallacia PLURIUM INTERROGATIONUM plures ita proponit quæstiones ut una esse videantur, nec tamen tuto negandæ simul nec affirmandæ.

“ Num fuere Flaccus & Maro poetæ lyrici ?

“ Numquid patrem verberare desisti ?

Respondeatur, non conjunctim omnibus,



sed singulis separatim. “ Nec patrem ver-  
 “ beravi nec defii.”

SIN autem fyllogismus, discussis hujuscemodi fallaciis, rite & legitime instruat, tum denique conclusionis veritas sita erit in veritate præmissarum : quæ quidem quæstio ad MATERIAM fyllogismi spectat. Habitâ igitur materiæ ratione fyllogismus est duplex ; nempe APODICTICUS sive DEMONSTRATIVUS, & TOPICUS sive DIALECTICUS.

Syllogismus APODICTICUS sive DEMONSTRATIVUS est cujus præmissarum utraque est propositio evidens : vel cujus præmissarum una est propositio evidens, altera fyllogismi demonstrativi jam facti conclusio, quam propositionem CERTAM commode vocaveris : vel denique cujus præmissarum utraque est propositio certa : SYLLOGISMUS SCIENTIAM PARIENS.

Syllogismus TOPICUS sive DIALECTICUS est cujus præmissarum una est propositio

evidens vel certa, altera probabilis : vel cujus præmissarum utraque est propositio probabilis : vel denique cujus præmissarum una vel utraque est syllogismi dialectici jam facti conclusio : SYLLOGISMUS OPINIONEM PARIENS.

Uterque syllogismus duplici argumentatione utitur, DIRECTA scilicet sive OSTENSIVA, et OBLIQUA sive APAGOGICA.

Argumentio OSTENSIVA rectà ad quæstionem confirmandam ducit. Sic efficitur, “ angulos ad basin trianguli isoscelis esse inter se æquales.”

Argumentatio APAGOGICA ad quæstionem confirmandam ducit, infirmando ejusdem contradictoriam, unde probat absurdi aliquid necessàrio secuturum. Sic efficitur, “ triangulum, qui duos habet angulos inter se æquales, esse isoscelem.”

SIC IGITUR mens humana triplici operatione VERITATEM sequitur, sive justam

rerum vel idearum inter se comparisonem. Operatio PRIMA res vel ideas inter se comparandas suppeditat : comparisonem instituit immediatam SECUNDA, mediatam TERTIA. Habitâ utrâvis comparatione PROPOSITIO nascitur : quæ, si ipsam spectes, aut VERA est aut FALSA ; si mentem humanam, pro vario assensionis gradu variam induit VERI SIMILITUDINEM : disparem exinde locum & auctoritatem obtinet, et diversa fortitur nomina. Est enim vel

EVIDENS PER REFLECTIONEM ; “ idem  
 “ non potest esse simul et non esse,” “ quæ  
 “ conveniunt uni tertio conveniunt inter  
 “ se :” vel

EVIDENS PER SENSATIONEM, “ ignis  
 “ urit :” “ rubrum non est violaceum :” vel

CERTA, sive conclusio syllogismi demonstrativi ; “ Deus est creator mundi :” angulus in semicirculo est rectus :” vel

PROBABILIS PER MEDIUM, sive conclusio

syllogismi dialectici; “ sol est centrum  
 “ mundi:” “ usura est licita: vel denique

PROBABILIS PER SE; “ parentes diligunt  
 “ liberos:” “ sol non est habitabilis.”

Propositio quælibet, priusquam pro verâ habeatur, secundum artis logicæ regulas explorari et probari debet. Exploras ipse, aut credis alteri qui se explorasse profitetur, Euclididi puta vel Aristotelii. Propositio tuâ ipsius arte coram confirmata argumentum ARTIFICIALE dicitur; propositio autem, quam pro verâ haberi postulas “ quoniam ita “ dixit Aristoteles,” argumentum INARTIFICIALE appellatur: a Stagyritâ quidem artificiosè probata fuisse intelligitur, et inde vim argumenti et veritatis charactera mutuatur; tu autem sine arte exhibes: AUCTORITATE pugnas non ratione; auctoris quidem ratione uteris, non tuâ.

Hinc oritur nova propositionis species, a prioribus tamen cogitatione potius quam re sejuncta, nempe propositio TESTIMONIO CONFIRMATA: “ sphæræ sunt inter se in

“ triplicatâ ratione suarum diametrorum: *Euclides*.” “ Colores prismatici sunt septem: *Newtonus*.” “ Regnante Tib. Cæsare prædicabat Johannes Zachariæ filius: *D. Lucas Evangelista*.”

Hujusmodi propositionum usus multiplex est et gravis: SCIMUS enim paucissima; non ita multa bene subductis rationibus OPINAMUR; pleraque aut ignoramus plane, aut CREDIMUS. Fides autem, satis firmo innixa testimonio, tum opinioni antecellit, tum etiam fere æquiparanda scientiæ est: si quis enim dubitaverit an “ Romæ vixerit M. T. Cicero;” “ an lucis radii sint refrangibiles Philadelphæ;” vix persuasum habuerit, “ seipsum cogitare,” aut “ trianguli tres interiores angulos duobus rectis esse æquales.”



## C O N C L U S I O.

**H**ACTENUS Logica tres mentis operationes separatim curabat : habet autem præcepta quædam necessaria quæ simul spectant universas. Non enim si quis Apprehensionem, Judicium, Discursum, ad unguem castigaverit; idoneumque vocis simplicis, complexæ, decomplexæ, usum perfecte didicerit ; fit statim peritus veri quærendi artifex : docendus adhuc, quo præsertim ordine disponenda sint hæc naturæ et artis instrumenta, qua ratione ad finem suum conjunctim dirigenda. Hæc dialecticæ instituta **METHODUS** vocari solent.

**METHODUS** est ratio terminos, propositiones, conclusiones, ad quamcunque quæstionem pertinentes, ita ordine continuo disponendi, ut veritas quam facillime clarissimeque

eluceat. Vel, ratio res quascunque intelligibiles ita disponendi, ut quam optime facillimeque aut invenire possis aut inventas tradere.

Methodus est SYNTHETICA vel ANALYTICA.

Methodus SYNTHETICA progreditur a terminis ad propositiones, exinde ad conclusiones; sic “Matheſis definitiones exhibet, “axiomata, theoremata ſuo quæque ordine “innumera:” a principiis ad ea quæ ex iis componuntur; ſic “Logica individua, “ſpecies, genera, contemplatur;” “tractat “ideas, propositiones, ſyllogiſmos:” a mediis ad finem; “ſic vir ſapiens per virtutes “inveſtigat felicitatem.” Contra

Methodus ANALYTICA a concluſionibus descendit ad propositiones, ac deinceps ad terminos; “ſic argumentorum ſeriem diſcutit Dialecticus:” a composito ad principia; “ſic Anatomice humani corporis “texturam indagatur,” “reconditas corporum naturalium particulas virtuteſque, Al-

“ chymia :” a fine ad media ; “ sic præcepta vivendi tradit Philosophia Moralis.”

Methodo syntheticâ plerumque utuntur disciplinæ theoreticæ : analytica inservit artibus et disciplinis practicis : sæpe autem utràque procedunt meliùs ab utrisque pariter instructæ.

Veritatem investigantes methodo analyticâ fere utimur ; communicantes autem, plerumque syntheticâ : illa igitur *METHODUS INVENTIONIS*, hæc *METHODUS DOCTRINÆ* cognominari solet.

In veritate communicandâ methodi *LEGES PRIMARIÆ* sunt, ut habeatur ratio I. *BREVITATIS*, ne quid redundet, ne quid desit. II. *HARMONIÆ*, ut partes singulæ inter se pulchre consentiant. III. *OMOTENEIÆ*, ut ne quid tractetur, quod non attingit argumentum. IV. *JUSTÆ CONSECUTIONIS*, ut eo ordine succedant omnia, quem rerum natura postulat ; vel ita, ut præcedant facilliora, lucem præbitura secuturis. V. *DISTINCTIIONIS*, ut commodæ fiant partitiones et tran-



fitiones. VI. PERSPICUITATIS, ut vocibus et loquendi formulis utamur aptis et intellectu facillimis. VII. DECORI, ut pars parti, tam ornatu quam magnitudine, pro suâ cujusque dignitate, rite respondeat. VIII. MATERIÆ et FINIS; diversa enim argumenta aut consilia diversum plane ordinem et partitionem postulant.

---

## DE USU LOGICÆ.

**U**SUM logicæ generalem vidimus : tres mentis operationes describit et dirigit. Pars prima id agit, ut ideæ sint inter se distinctæ, in idoneas classès distributæ, vocibus signatæ aptis et perspicuis. Pars altera res vel ideas immediate inter se comparare docet, comparisonem verbis rite declarare, justam ab injustâ secernere. Pars tertia res vel ideas mediatè inter se comparare docet, hujusmodi comparisonem legitimis explanare formulis, cavere imprimis ne in ipsâ sit errori locus. Postremo methodi finis est, operationes mentis et res quascunque intelligibiles pro re natâ optime disponere. Ita videlicet Logica ARTIS INSTRUMENTALIS officio fungitur, MENTEM DIRIGENS IN STUDIO VERITATIS.

Veritatem investigamus ipsi, aut alios investigantes sequimur. Hinc DUPLEX oritur usus Dialecticæ; in commentatione quæ GENESIS, in resolutione quæ ANALYSIS, dicitur.

GENESIS vel THEMA SIMPLEX proponit explicandum; vel PROBLEMA argumentis discutiendum; vel INTEGRAM DISCIPLINAM methodice disponendam.

Genesis THEMATICA five commentatio thematis simplicis fit explicando\* I. NOMEN: II. REM, videlicet per ATTRIBUTA ESSENTIALIA ut genus, differentiam, subjectum, objectum, causas; III. PARTES DISTRIBUTIVAS; IV. ATTRIBUTA NON-ESSENTIALIA, nempe effecta, V. cognata, VI. opposita.

Genesis PROBLEMATICA five commentatio problematis est vel SOLITARIA vel SOCIA: hæc fit instante et premente adversario, illa non item.

\* VIDE EXEMPLARIA.

Geneseos problematicæ SOLITARIÆ partes sunt I. ΠΑΡΑΣΚΕΥΗ, præparatio problematis; que fit evolutione tituli et conjectione quæstionis. II. ΚΑΤΑΣΚΕΥΗ, declaratio et probatio veritatis. III. ΑΝΑΣΚΕΥΗ, confutatio objectorum. Quibus accedere possunt ex abundantij, IV. Proœmii loco ΠΡΟΠΑΡΑΣΚΕΥΗ, de gravitate et occasione controversiæ; et V. Epilogi vice ΕΠΙΣΚΕΥΗ, complectens summam disputationis cum confectionariis inde emergentibus.

Genesis problematica SOCIA, quæ DISPUTATIONIS nomen dudum occupavit, tres sane aut saltem duos actores postulat; videlicet, OPPONENTEM, RESPONDENTEM, MODERATOREM.

OPPONENTIS partes sunt I. Problema PROPONERE: II. Respondentis sententiæ brevem oratiunculam OPPONERE, et III. Argumentorum seriem objicere: quibus nî satisfecerit, IV. URGERE: V. Contra responsum REPLICARE. RESPONDENTIS, animi sui sententiam de problemate declarare

seu SUPPONERE, et brevi oratiunculâ explicare et confirmare: II. Opponentis argumenta REPETERE: III. Negare, si quid negandum sit: sin minùs, IV. Solvere. UTRIUSQUE, tandem AUT PERSUADERE AUT CEDERE.

Utrique tres virtutes sunt apprime necessariæ: videlicet INGENUITAS, sive mens pura et ab omni præjudicio libera: MODESTIA, quæ in voce et gestu sedatis cernitur, quæ permittit adversario verborum vices: CANDOR, qui pudori et famæ adversarii prudenter consulit; labeculas et lapsus præterit sæpius quam notat; nec fere de formâ et verbis litem movet, ubi de rebus ipsis abunde constat.

MODERATORIS officium est I. Tueri formam legitimæ disputationis: II. Adjuvare disputantes, inferiorem præcipue; potissimum vero respondentem: III. Disputationem cum brevi quadam ΑΝΑΚΕΦΑΛΑΙΩΣΕΙ et quæstionis decisione concludere.

Genesis METHODICA sive commentatio integræ disciplinæ complectitur I. PRÆCOG-

NITA : II. SYSTEMATIS PARTES : III. in instrumentalibus, USUM et APPLICATIONEM.

PRÆCOGNITA sunt disciplinae nomen, genus, et sedes εν τω κυκλω της παδείας, differentia, subjectum, objectum, finis.

Tractantur autem hæc omnia per I. PRÆCEPTA, i. e. definitiones, divisiones, axiomata : II. COMMENTARIOS, ubi methodus declaratur et defenditur, præcepta explicantur, etc. III. QUÆSTIONES, quæ dubia nobiliora continent, et pertinent ad genesin problematicam solitariam.

QUICQUID commentatur GENESIS, id resolvit ANALYSIS : quod textit illa, ab hæc retexitur. Genesis est loquentis vel scribentis, analysis autem audientis vel legentis ; utraq; utrique, si quidem prudenter et cum fructu operam sint posituri, apprime necessaria.

ANALYSIS tria habet præcognita ; I. ARGUMENTUM seu materiam textûs; cujus genus respicit, conditionem, sedem *εν τω κυκλω*. II. CAUSAM; sive efficientem quæ est auctor, sive impulsivam quæ occasio. III. ADJUNCTA; utilitatem puta, dignitatem, jucunditatem.

Analyfis est I. SIMPLEX, quæ propositionem resolvit aut fyllogismum: II. COMPLEXA, quæ aliquid fusius commentatum, nempe genesin thematicam, problematicam, methodicam.

In analysi SIMPLICI non est præceptis locus, si modo quis propositionis et fyllogismi doctrinâ leviter saltem imbutus fuerit.


In analysi THEMATICA sive resolutione geneseos thematicæ, I. Investigetur thema principale. II. Eruantur termini in textu thema explicantes. III. Terminis hisce imponantur intentiones logicæ. IV. Amplificantiæ secernantur ab explicantibus.

In analysi PROBLEMATICA sive resolutione geneseos problematicæ, I. Investi-

getur problema principale. II. Explicentur termini. III. Proponantur conclusiones quibus auctor sententiam suam complexus est. IV. Digerantur in classes argumenta probantia; "topica scilicet, apodictica, etc." et ad legitimam syllogismi formam, si opus fuerit, redigantur. V. Objectorum solutiones plene ostendantur. VI. Proferantur consecutaria.

In analysi METHODICA sive resolutione geneleos methodicæ, I. Præcognita disciplinæ indicentur. II. Fiat partitio textûs ordinata. III. Præcepta a commentariis et quæstionibus distinguantur. IV. Connexiones partium notentur.





## EXEMPLAR GENESEOS THEMATICÆ.

## DE INVIDIA.

I. **I**NVIDIA sumitur tum active, tum etiam passive: active, vel in bonam partem pro honestâ æmulatione, vel in malam pro vitiosâ tristitiâ propter felicitatem alterius: posteriore significatione impræsentiarum accipitur.

II. Invidia est PASSIO, nempe DOLOR; ple-  
risque incidens, iis vero potissimum qui sunt infirmi animi et ambitiosi, “ qui nec cedere  
“ volunt nec possunt contendere:” invidiam excitat BONUM quodvis ALTERIUS, sive superioris, sive parisi, sive etiam inferioris modo sit aliqua saltem ex parte equalis. NASCITUR ab invidi superbiâ et φιλαυτία; quibus accedat fortasse insolentia vel indigni-

tas ejus cui invidetur. Est igitur DOLOR OB BONUM ALIENUM.

III. Invidiæ SPECIES tres sunt : aut enim invidemus alii bonum quo ipsi potiri non possumus ; aut bonum quo fruimur, et soli frui cupimus ; aut denique bona nostra corrumpimus, vel iis non utimur, ne aliis fiant utilia. Quarum duas priores species pulchre depinxit Lucanus,

“ Nec quemquam jam ferre potest Cæsarve  
 “ priorem,  
 “ Pompeiufve parem :”


posteriore istâ ne ipsi laborent aliquando, viderint eruditi.

IV. Invidia NOCET tam ei qui invidet quam ei cui invidetur. Ecce pallidam faciem et macilentum corpus, inquieti animi indicia ! Ecce hominem bonis malisque pariter invidium ! qui præclare agit ni fiat calumniator, latro, homicida. Qui autem fortunâ invidendâ utitur, declinet quantum in ipso est malorum hominum invidiam ; caveat ne va-

niloquus, ne insolens, ne indignus esse videatur.

v. Atque illud imprimis molestum est, quod eum cui invidemus odisse in proclivi est, et cujus bono contristamur, vix fieri potest quin illius lætemur malo. Adeo sunt inter se *COGNATA*, quamvis non plane ejusdem rationis, invidia atque *ODIUM* et *ΕΠΙΧΑΙΡΕΚΑΚΙΑ*.

vi. *E CONTRA* quam decora est et amabilis *ΣΤΥΜΠΛΑΘΕΙΑ* illa, quæ “ humani nihil a se alienum putat;” quæ “ lætatur bonis rebus, dolet contrariis;” quæ universum humanum genus prosequitur amore, studio, beneficiis! Quam honesta est *ÆMULATIO*, quæ non superbiâ alitur, sed animi magnitudine; laudem haud aliis invidet, sed optat sibi: quæ virtutes alienas adeo non odit ut laudet et admiretur: quæ non potest in malos cadere; neque porro in bonos quin meliores faciat!



EXEMPLAR GENESEOS PRO-  
BLEMATICÆ SOLITARIÆ.

AN SOL SIT CENTRUM MUNDI? AFFIRMATUR.

IV. **Q**UÆSTIO, si quæ alia in totâ Astronomiâ GRAVISSIMA ; est enim cardo in quo omnis motuum cælestium ratio vertitur. De qua quidem nulla hodie posset incidere dubitatio, nisi nonnulli sensibus nimium crederent, rationi parum.

I. Per Mundum hîc loci intelligimus, non omnia corpora quorum fit mentio apud Astronomos, sed ea tantummodo quæ nostrum quod dicitur systema componunt, Solem videlicet, Mercurium, Venerem, Terram, Martem, Jovem, et Saturnum, cum suis singulorum Satellitibus. CONCEDITUR UTRINQUE unum aliquod ex hisce corporibus con-


fistere utpote Centrum Systematis, cætera circumvolvi : QUÆRITUR an consistat Sol? an sit Centrum?

II. PLACET SOLEM ESSE CENTRUM MUNDI, circumvolvi autem Terram et Corpora cætera, quæ ob eam rem Planetas appellamus. Notandum est tamen non ita penitus Solem consistere, quin circa axem suum rotari credibile sit. PROBATUR I. Quoniam alioquin Sol ipse et infinita illa Stellarum Multitudo singulis *νυχθημεροῖς* per immensa spatia circa hunc nostrum globum volverentur: quod plane incredibile esset; nam Natura nihil agit frustra, neque id facit per plura, quod posset fieri per pauciora. 2. Quia horum Corporum cœlestium phases, conjunctiones, oppositiones, tales semper sunt quales, si Sol Centrum esset, debuerint, et nunquam tales quales debuerint si non esset. 3. Quia, posito Solem esse Centrum, omnes eorum motus lex una regit, a principiis verisimillimis rite derivata.

III. OBJICITUR 1. Sacræ Scripturæ fides, “Sol subsiste in Gibhone,” neque errare potest aut decipere etiam in rebus levissimis, nedum in philosophiâ, Scriptura Sacra.” At Spiritus Sanctus utitur, ut locutione hominum, ita et usitatis loquendi formulis ; ad captum popularem loquitur ; neque erant Judæorum animi, inter armorum strepitum triumphos et miracula, a divinæ potentiæ piâ admiratione ad minutiores loquendi formulas aut philosophandi argutas ratiunculas abducendi. Objicitur 2. “At sensibus ipsis suffragantibus, nec nos ipsi, nec corpora quæ nobis in terrâ vicinâ sunt, ullum hujusmodi motum participant ; et sensibus certe fidendum est.” Imo, ut dari ALIQUEM motum ex apparenti illâ cœlorum singulis *νοχθημεροis* conversione ipsi sensus confirmant, ita nec vetant (si eos, ut pars est, rationi subjiciamus) quin hunc motum ipsi terræ competere credamus : quoniam si res terrestres eodem tempore et tenore cum terrâ ipsâ moveantur, nequit terræ incola hunc motum visû prehendere.

¶. NON EST itaque cur affirmare dubitemus,

Solem esse Centrum Mundi, adeoque Systema Ptolemaicum et Tychoenicum Copernicano nostro, jure optimo, cedere. SEQUITUR ex iis quæ dicta sunt 1. Lunam circa hanc terram nostram, et Jovis et Saturni (quos vocant) Satellites circa Jovem et Saturnum, eâdem lege circumvolvi, quâ Terra Jupiter et Saturnus circa Solem. 2. Stellarum motum apparentem a Terræ reali motu oriri: quas etiam verisimile est ipsas Centra esse aliorum Mundorum sive Systematum.



EXEMPLAR GENESEOS PRO-  
BLEMATICÆ SOCIÆ.


AN OMNE ENS APPETAT BONUM? AFFIRMATUR.

S U P P O S I T I O.

**P**ER SUBJECTUM hujus quæstionis intelligendum censeo, non Ens illud Supremum, quod necessario existit et suum esse dedit omnibus : de cujus existentiâ, sapientiâ, aut bonitate, cum dubitare impium sit, profanum esset disputare. Neque porro omnia entia creata ; sed animalia tantum, ens videlicet cujus est appetere, et boni speciem saltem dignoscere. BONUM est, quicquid Entis Naturæ convenit ; quod ad TO ESSE et BENE ESSE conducit : et quid conducat, sentit animal irrationale ; sentit, judicat, et argumentis colligit, animal rationale : quod conducere opinatur, suo utrumque *κρίτησις*



usus, id appetit necessitate naturæ, et pro viribus profequitur. De appetitu aliorum entium non possumus aliunde conjecturam facere, quam ex nostro; verisimile est me, quatenus hominem, ea appetere, quæ cæteri homines; quatenus animal, quatenus ens, ea quæ entia aut animalia cætera: Invenio autem hoc mihi a Naturâ insitum, et cum  $\tau\omega$  ESSE meo intime conjunctum, ut velim omnibus modis ESSE QUAM OPTIME. Placet igitur, OMNE ENS APPETERE BONUM.



OPPOSITIO LOGICA.


**D**E SUBJECTO hujus quæstionis litem non moveo: de prædicato autem aliqua forsan potest incidere dubitatio. “BONUM est quicquid entis naturæ convenit; quod ad  $\tau\omega$  ESSE et BENE ESSE conducit:” qui ita arbitratur, et mecum sentit, et jove judicat æquo. Videtur autem ille idem vir optimus, recte iter ingressus, paululum declinâsse de viâ. Non enim quod OPINATUR quis suæ

naturæ convenire, id conveniet statim ; neque si quid JUDICET ad suum bene esse conducere, sequitur illico ut conducat : est enim in hac re ut in cæteris errori locus : cum igitur, “ ducente ipsâ, et quidem cogente, Naturâ, id appetat quod conducere et convenire putat,” fieri potest ut id ipsum quod appetat sit MALUM. Quinetiam aliquando accidit ut quis illud ipsum vehementer appetat quod malum esse opinetur. Cum enim id bonum esse intelligatur, quod “ ad TO ESSE et BENE ESSE conducit ;” si quid “ TO ESSE,” et proinde hercle certo “ TO BENE ESSE,” sustulerit, id vero malum erit pure et simpliciter. Fuere autem heu ! nimium multi, qui vitæ pertæsi, HOC SUMMUM MALUM petiverunt ; mortem eâ spe et consilio amplectentes, se nimirum suum illud ESSE cum vitâ deposituros.

## O P P O S I T I O R H E T O R I C A .

**G**RATULOR humano generi cæterisque animantibus, quod sint tandem eâ aut fortunâ aut prudentiâ, ut miseri non amplius esse possint. Natura enim sua munera non parcâ adeo largita est manû, ut ne sint ubique, quos decerpamus, fructus pulcherrimi; neque tam maligno consilio oculos, aures, palatum indidit, ut non liceret dignoscere quinam essent suaviores: eos autem captamus rapimusque “ducente ipsâ  
 “scilicet et urgente Naturâ.” Cur itaque vulgus hominum audio miseras vitæ magis magisque in dies lamentari? Cur de iisdem Philosophiam queri graviter, ingeniose disputare? Cur ineptias hominum simul et infortunia ridet Democritus, luget Heraclitus? “Atqui licet esse beatis;” imo hercle non esse beatis non licet. Nam Poesin quidem et Picturam prætereo, cæterasque id


genus artes, quibus quidlibet audere conceditur: altera fortunas Priami decantet flebiliter, depingat altera, si modo depingi posset, paternum animum vultumque Agamemnonis; ab iis me decipi facilé patior, quorum summa laus est, Aristotele iudice, “optime mentiri.” A Philosophiâ autem ipsam rei veritatem exponendam esse duxeram; credideram etiam vulgus dolores suos et gaudia sine fuce enarrare: et docebant certe tum Vita ipsa tum “vitæ dux Philosophia,” paucissimos “vera bona dignoscere,” plerosque MALUM et APPETERE et PATI.



**S**UPERVACANEUM videtur Disputationis Syllogisticæ exemplaria proponere: sufficiant REGULÆ PRIMARIÆ; videlicet I. Conclusio primi syllogismi semper esto respondentis sententiæ contradictoria: II. Conclusio reliquorum, præmissa integra quam respondens novissime negaverit. III. Ad-

hibeantur, quantum fieri possit, syllogismi perfecti sive categorici. IV. Respondens cujuslibet syllogismi CONCLUSIONEM in primis inspiciat; quæ si aliena fuerit et *απροσδιουτος*, “ negetur processus, vel conclusio, “ propter ignorationem elenchi.” V. Secundo inspiciat FORMAM SYLLOGISMI; quæ si peccaverit graviter, aut levissime quidem in eo quod vim argumenti attingit propiùs, “ negetur processus, vel syllogismus, propter “ formam.” VI. Tertio MATERIAM PRÆMISARUM ponderet; quarum si una falsa vel non satis probata videatur, negetur: si utraque, ambæ pariter negentur; et illa priùs probanda imponatur, quæ aut minus probabilis fuerit aut quæstioni conjunctior. VII. Respondenti fere satis est simpliciter negâsse, nec tenetur rationem reddere, nisi præmissam admodum verisimilem negaverit, aut syllogismum non aperte vitiosum. Erit autem humanitatis suæ, si rogatus semper rationem reddiderit. VIII. Nunquam solvat Respondens, dum commode negare possit. IX. Respondens plerumque probabiliorem quæf-

tionis partem defendendam suscipit : ipsi tamen utile erit aliquando minus probabilia defendere ; juvabit certe Opponentem verisimiliora confirmare didicisse. x. Moderatoris suprema est auctoritas : meminerit tamen sibi ratione utendum esse non imperio.



## EXEMPLAR GENESEOS METHODICÆ.

## L O G I C A.

I. **H**ÆC disciplina idoneum præcipit rationis et orationis usum; unde Logica, ΑΠΟ ΤΟΥ ΛΟΓΟΥ, dicitur: vocatur etiam, ab instituto suo principali, ΔΙΑΛΕΚΤΙΚΗ. Est autem ARS seu disciplina PRACTICA, non manualis quidem sed liberalis. Non est disciplina PRIMARIA ut philosophia, sed INSTRUMENTALIS ut grammatica et rhetorica: DIFFERT tamen a grammaticâ, cujus est proprie, a rhetoricâ cujus ornate, dicere; quarum illa vocibus solis, hæc in primis, dat operam: logica autem res primum et notiones curat, ut sibi invicem consentiant; secundo voces, ut utrisque conveniant; ut non SAPERE modo possimus, sed et FARI apte et accurate. OBJECTUM logicæ est mens humana, quam dirigit: SUBJECTUM, id omne

quod mente et cogitatione complectimur : FINIS autem, verum a falso scernere ; hoc improbare et redarguere, illud elicere, communicare, defendere.

II. Cum mentis humanæ tres sint operationes, etc. in TRES PARTES commode dividitur Logica : quarum prima agit, etc.\* I. Vox simplex est vel singularis vel communis, etc. II. Vox complexa, sive propositio, est vel categorica vel composita, etc. III. Vox decomplexa, sive syllogismus, est vel legitimus vel imperfectus, etc. Denique tres mentes operationes conjunctim dirigit methodus, etc.

III. USUS logicæ generalis, etc. Speciatim vero est duplex : in commentatione quæ genesis, in resolutione quæ analysis, dicitur, etc. Utraque vel thema simplex respicit, vel problema, vel disciplinam, etc.

I. Multa sunt hujus artis PRÆCEPTA subtilissima, definitiones scilicet, divisiones, axi-



omata ; suo quæque loco exposita. II. Si quis miretur nos TRES præsertim mentis operationes statuisse, “ cum Mens res, relationes rerum, relationum relationes, PERCEPTIONE SOLA intelligat, iudicium autem et discursus sint Voluntatis :” \* interrogetur decem, nec plura, sint prædicamenta, et quorum spectent, etc. sic nobiscum de his rebus licet COMMENTARI, etc. III. QUÆSITUM EST, an propositio singularis æquipolleat universali ? placet æquipollere ; videtur enim omnis propositio quæ prædicat de suo subiecto toto, etc.

\* Vide P. Malebranche recherche de la verité I. 2. 1.

CUM in arte logicâ magna semper fuerit ARISTOTELIS auctoritas, CONSPECTUM ORGANI eo consilio subjiendum duximus, ut faciliùs ipse potius quam ipsius imitatores et interpretes, pro re natâ, consulatur.

CONSPECTUS ORGANI

ARISTOTELIS.

---

# TABULA ISAGOGES.

Habitâ  
brevis  
præfa-  
tione  
Cap. I:  
docet

I.  
Quot  
sint et  
Quæ-  
nam  
Cate-  
gore-  
mata :  
videli-  
cet

II.  
Quænam  
omnibus  
Catego-  
remati-  
bus sint  
commu-  
nia, quæ  
cuilibet  
aut qui-  
buslibet  
propria :  
nimirum

- |              |   |   |
|--------------|---|---|
| Cap. 2.      | { | <p>1. Quod Genus est το κατά πλείων και διαφερόντων τῶ εἶδει, ἐν τῷ τι ἐστὶ, κατηγορημένον. Dividitur in γενικώτατον ἐτὶ ὑπαλληλον.</p> <p>2. Quod Species est το ταττομένον ὑπο το γένος : vel ἡ το γένος, ἐν τῷ τι ἐστὶ, κατηγορεῖται : vel το κατά πλείων και διαφερόντων τῶ αριθμῶ, ἐν τῷ τι ἐστὶ, κατηγορημένον. Dividitur in ὑπαλληλον ἐτὶ εἰδικώτατον.</p> |
| Cap. 3.      | { | <p>Quod Differentia est ἡ περισσεύει το εἶδος τῶ γένους : vel το κατά πλείων και διαφερόντων τῶ εἶδει, ἐν τῷ ὅποιον τι ἐστὶ, κατηγορημένον : vel το χωρίζειν πεφύκος τὰ ὑπο το αὐτο γένος, καθ' ὅπερ εἰς το εἶναι συμβαλλεῖται, και εἰς το τι ἦν εἶναι, και ὁ τῶ πραγματός ἐστὶ μέρος.</p>  |
| Cap. 4.      | { | <p>Quod Proprium est ὁ μόνῳ τῶ εἶδει συμβεβηκός, και παντὶ, και αἰε.</p>  |
| Cap. 5.      | { | <p>Quod Accidens est ὁ γινεῖται και ἀπογινεῖται χωρὶς τῆς τῶ υποκειμένης φθορας : vel ὁ ἐνδέχεται τῶ αὐτῶ ὑπαρχειν και μὴ ὑπαρχειν : vel ὁ ἢτε γένος ἐστὶν, ἢτε διαφορα, ἢτε εἶδος, ἢτε ἰδίον, αἰε δὲ ἐστὶν ἐν υποκειμένῳ ὑφισταμένον.</p>  |
| Cap. 6.      | { | <p>Quod commune est omnium pluribus attribui.</p>   |
| Cap. 7--11   | { | <p>Quibus præsertim rebus convenient inter se et differant, genus et differentia ; genus et species ; genus et proprium ; genus et accidens :</p>   |
| Cap. 12--14  | { | <p>Differentia et species ; differentia et proprium ; differentia et accidens :</p>   |
| Cap. 15. 16. | { | <p>Species et proprium ; species et accidens :</p>  |
| Cap. 17.     | { | <p>Proprium et accidens.</p>  |

# TABULA CATEGORIARUM.

Agit {	I. De Pro- theoriis : docetque	Cap. 1.	<ol style="list-style-type: none"> <li>1. Quod ομώνυμα λέγεται, ὡν ὄνομα μόνον κοινόν, ὁ δὲ κατὰ τοῦνομα λόγος τῆς οὐσίας ἕτερος.</li> <li>2. Quod συνώνυμα λέγεται, ὡν τὸ τε ὄνομα κοινόν, καὶ ὁ κατὰ τοῦνομα λόγος τῆς οὐσίας ὁ αὐτός.</li> <li>3. Quod παρωνύμα λέγεται, ὅσα ἀπο τίνος διαφερόντι τῆ πλῆθει, τῆ κατὰ τοῦνομα προσήγοριαν ἔχει.</li> </ol>
		Cap. 2.	<ol style="list-style-type: none"> <li>1. Quod ΤΩΝ ΛΕΓΟΜΕΝΩΝ τα μὲν κατὰ συμπλοκὴν λέγεται, τα δὲ ἀνευ συμπλοκῆς.</li> <li>2. Quod ΤΩΝ ΟΝΤΩΝ τα μὲν καθ' ὑποκειμένῳ τίνος λέγεται, ἐν ὑποκειμένῳ δὲ ἕδεν ἐστίν : ut homo. τα δὲ, ἐν ὑποκειμένῳ, καθ' ὑποκειμένη δὲ ἕδενος : ut hæc albedo. τα δὲ, καθ' ὑποκειμένου, καὶ ἐν ὑποκειμένῳ : ut albedo. τα δὲ, οὔτε ἐν ὑποκειμένῳ. οὔτε καθ' ὑποκειμένης : ut hic homo.</li> </ol>
		Cap. 3.	<ol style="list-style-type: none"> <li>1. Quod ὅταν ἕτερον καθ' ἕτερον κατηγορηθῆται, ὡς καθ' ὑποκειμένης, ὅσα κατὰ τὴ κατηγορούμενη λέγεται, τοσαῦτα καὶ κατὰ τὴ ὑποκειμένης κατηγορηθῆσιν.</li> <li>2. Quod τῶν ἑτέρων γενῶν, καὶ μὴ ὑπαλληλα τεταγμένων, ἕτεροι συν τῷ εἶδει καὶ αἱ διαφοραὶ : τῶν δὲ γε ὑπαλληλα γίνονται, οὐδὲν κωλύει τὰς αἰτίας διαφορᾶς εἶναι.</li> </ol>

# TABULA CATEGORIARUM.

Agit II.  
De Cate-  
goriis :  
docetque

Cap. 4. } Quod των ΑΝΕΥ ΣΥΜΠΛΟΚΗΣ  
λεγομένων εκατον ήτοι εσσαν σημα-  
νει, η ποσον, η ποιον, η προς τι, η  
περ, η ποτε, η κεισθαι, η εχειν, η  
ποιειν, η πασχειν.

Cap. 5. } 1. Quod Substantia prima est in-  
dividuum quodvis, ut *hic ho-*  
*mo* : secunda, primarum genera  
et species, ut *homo*.  
2. Quot sint et quænam proprie-  
tates substantiæ.

Cap. 6. } 1. Quod Quantum est vel διορισμι-  
ον vel συνεχες : et proinde vel  
εκ θεσιν εχομένων προς αλληλα των εν  
αυτοις μοριων συνεθηκε, vel εξ εκ  
εχομένων θεσιν.  
2. Quot sint et quænam proprie-  
tates quanti.

Cap. 7. } 1. Quod Relata minus proprie τα  
τοιαντα λεγεται, οσα αυτα απερ  
εσιν, ετερον ειαι λεγεται : η οπως  
αλλως προς ελερον : οιον, το επιστητον  
και η επιστημη.  
2. Quod Relata proprie sunt ος το  
ειναι ταυτον ες τω προς τι πως  
εχειν : οιον, δελος και δεσποτης.  
3. Quot sint & quænam utrorum-  
que proprietates.

Cap. 8. } 1. Quod Qualitas est καθ' ην ποιοι  
τιες ειαι λεγομαι.  
2. Quod qualitatis quatuor sunt  
species, viz. 1. εξις και διαβεσις.  
2. δυναμις φυσικη και αδυναμια.  
3. παθητικαι ποιδητες και παθη.  
4. σχημα, και η περι εκατον υπαρ-  
χουσα μορφη.  
3. Quot sint et quænam proprie-  
tatis qualitatis.

Cap. 9. } 1. Quot sint et quænam proprie-  
tates Actionis et Passionis.  
2. Quid sit Situs, Ubi, Quando,  
Habere.

# TABULA CATEGORIARUM.

Agit { III.  
De Hypo-  
theoriis;  
docetque

Quod των Αντικειμενων quatuor sunt species: viz.

1. Τα προς τι' οιον το διπλασιον τῷ ημισει.  
2. τα ενανθια' οιον το κακον τῷ αγαθῳ.  
3. τα κατα φερησιῳ και εξιν' οιον τυφλοτης και οψις.  
4. καταφασις και αποφασις' οιον καθηλαι, η καθηλαι.  
5. Quomodo convenient inter se et differant hæ quatuor oppositorum species.

Cap. 10. {  
11. {

Quod Προτερον dicitur: 1. κατα την χρονον. 2. το μη αντιστροφει κατα την τε ειναι ακολουθησιῳ οιον, το εν, των δυο προτερον. 3. ταξιν' οιον φοιχια των συλλαβων. 4. τιμην. 5. το αιτιον.

Cap. 13. {

Quod Αμα dicuntur. 1. χρονῳ. 2. Φυσι' οσα αντιστροφει μεν κατα την τε ειναι ακολουθησιῳ, μηδαμως δε αιτιον βατερον βατερω τε ειναι εστι, οιον διπλασιον και ημισυ. 3. τα εν τε αυτε γενους αιτιδιχηρημια αλληλοις.

Cap. 14. {

Quod Κινησις sex sunt species: γενεσις, φθορα, αυξησις, μειωσις, αλλοιωσις, η κατα τοποι μεταβολη.

Cap. 15. {

Quod Τε εχειν οβτο præsertim sunt modi.

# TABULA LIB. DE INTERPRETATIONE.

<p>I. De Interpretatione in genere: docetque</p>	<p>Cap. 1.</p>	<p>1. Quod τα νοημάτια sunt των πραγμάτων imagines et simulachra: αι φωναι αυτην των νοηματων INTERPRETES: γραμματια πορτο των φωνων signa.</p> <p>2. Proinde, cum νοημα sit duplex, viz. ανευ τη αληθευειν και ψευδεσδαι et ω αναγκη τβλων υπαρχειν θαλερον, interpretatio pariter est μη αποφαντικη et αποφαντικη.</p> <p>3. Quod interpretatio NON ENUNCIATIVA est: 1. ονομα. 2. ρημα. 3. λογος μη αποφαντικος.</p>	
		<p>Cap. 2.</p>	<p>Quod nomen est φωνη σηματικη καλα συνθηκην ανευ χροου, ης μηδεν μερος εστι σηματικον κεχωρισμενον.</p>
		<p>Cap. 3.</p>	<p>Quod verbum est το προσσημαινον χρονον, ου μερος ουθεν σημανει χωρις: και εστιν αιει των καθ' ελερου λεγομενων σημειον.</p>
<p>Agit</p>	<p>II. De Interpretatione μη αποφαντικη: docetque</p>	<p>Cap. 4.</p>	<p>Quod oratio est φωνη σηματικη καλα συνθηκην, ης των μερων τι σηματικον εστι κεχωρισμενον. Est autem vel μη αποφαντικος, ut “ μηνιν ασιδς θια,” vel αποφαντικος.</p>
		<p>Cap. 4.</p>	<p>Quod oratio ENUNCIATIVA est εω το αληθευειν η ψευδεσδαι υπαρχει.</p>
<p>III. De Interpretatione αποφαντικη: docetque</p>	<p>Cap. 5</p>	<p>Quod omnis αποφανσις, enunciatio, verbum continet aut casum verbi; est autem vel καταφανσις vel αποφανσις.</p>	
	<p>Cap. 6.</p>	<p>1. Quod affirmatio est αποφανσις τινος κατα τινος.</p> <p>2. Quod negatio est αποφανσις τινος απο τινος.</p> <p>3. Quod ανλιφανσις, oppositio, est καταφανσις και αποφανσις αι ανλικειμεναι.</p>	

TABULA LIB. DE INTERPRETATIONE.

Agit	IV. De Enun- ciatione sine mo- do: doc- etque	Cap. 7.	Quid sit enunciatio universalis, particularis, indefinita, singularis: et singularum oppositiones et ἀκολουθησι, ἀquipollentias, explicat.
		Cap. 8.	Quod enunciatio una est, ἢ ἐν καθ' ἑνος σημαυσα, ἐκ ὁμωνυμῶς.
		Cap. 9.	Quod omnis enunciatio de præsenti vel præterito aut vera sit necesse est aut falsa: enunciatio autem de futuro non item.
		Cap. 10.	Quomodo inter se differant, enunciationes secundi et tertii adjectis, finitæ et infinitæ.
		Cap. 11.	Quod enunciatio simplex est, quæ unum de uno affirmat vel negat: conjuncta quæ multa de uno, aut unum de multis: de conjunctis cautionem injicit.
	V. De Enun- ciatione modifica- tâ: docet	Cap. 12.	Quod quatuor sunt modi, viz. τὸ δυνατόν, τὸ ἐνδεχομένον, τὸ μὴ δυνατόν, τὸ ἀναγκαῖον: modalium enunciationum oppositiones et ἀκολουθησεις explicat.
	Cap. 13.		
	VI. Statuit de- nique	Cap. 14.	Quænam sint enunciationes contrariæ: nimirum affirmatio et negatio universalis, ejusdem attributi de eodem subjecto.



# TABULA ANALYTICORUM PRI. LIB. I.

Agit {	I. De rati- one confi- ciendi syl- losmi : et statuit	Cap. 1.	1. Quod syllogismus est λογος εἰς ἢ τεθέντων τινῶν, ἕτερον τι τῶν κειμένων ἐξ ἀναγκῆς συμβαίνει τῷ ταῦτα εἶναι. 2. Quod Syllogismus resolvitur in propositiones, et propositio in terminos. 3. Quod propositio est λογος καταφατικός ἢ ἀποφατικός τινος κατὰ τινος : termini autem τὸ τε κατηγορούμενον, καὶ τὸ καθ' ἑ κατηγορεῖται.
		Cap. 2. 3.	Quomodo convertantur propositiones τῆ ὑπαρχεῖν, <i>puræ</i> , et τῆ ἐξ ἀναγκῆς ὑπαρχεῖν ἢ τῆ ἐνδεχέσθαι ὑπαρχεῖν, <i>modales</i> , <i>necessariæ</i> sc. et <i>contingentes</i> .
		Cap. 4-7	Quomodo fiat syllogismus in figurâ, primâ, secundâ, tertiâ : de quibus subjiciuntur leges quædam generales.
		Cap. 8-22	Pro conditione præmissarum, quales in qualibet figurâ futuræ sint conclusiones : an <i>puræ</i> scilicet, an <i>necessariæ</i> , an <i>contingentes</i> .
		Cap. 23.	Syllogismum quemlibet per figuras antedictas fieri ; perfectum per primam, per secundam et tertiam imperfectum : imperfectum vero perfici, si ad primam reductatur.
		Cap. 24.	In syllogismo quolibet, præmissarum alterutram affirmativam esse debere, et universalem.
		Cap. 25.	Syllogismo cuilibet tres inesse terminos ; propositiones sive præmissas, duas.
		Cap. 26.	Problemata universalia probari difficilius et in figuris paucioribus quam particularia ; refelli vero facilius.

# TABULA ANALYTICORUM PRI. LIB. I.

Agit {	II. De ratione inveniendi medium unde conficitur syllogismus : ubi	Cap. 27—29.	}	Posito medium quodlibet vel problematis alicujus extremis aut attribui posse aut subjici, vel nec attribui nec subjici, docet quale medium cuilibet problemati, universali scilicet et particulari, confirmando inserviat optime :
				Cap. 30.
		Cap. 31.	}	
				III. De ratione resolvendi syllogismi in figuras et modos : ubi
	Cap. 33-43	}	Proponit regulas, pro variâ syllogismi conditione, varias.	
			Cap. 44.	
	Cap. 45.	}		
			Cap. 46.	

TABULA ANALYTICORUM PRI. LIB. II.

I. De sex virtutibus syllogif- mi: quip- pe qui	Agit.	Cap. 1.	}	Plures conclusiones generat: videlicet, ex conclusione universali, subalternatam et conversam: ex universali negativâ, universalem conversam: ex particulari affirmativâ, particularem conversam:			
		Cap. 2-4		Vera ex falsis colligit, <i>vi formæ</i> :			
		Cap. 5-7		Probat in circulo sive reciproce, <i>vi formæ</i> :			
		Cap. 8-10		Concludit per conversionem: nempe ex oppositâ conclusionis cum unâ præmissâ, oppositam alterius colligit; unde probat, si vera sit hæc altera præmissa, veram esse conclusionem:			
		Cap. 11-14		Deducit ad impossibile: nimirum e contradictoriâ conclusionis cum unâ præmissâ, falsum colligit; unde probat falsam esse contradictoriam istam, proinde conclusionem esse veram:			
		Cap. 15.		Concludit ex oppositis: nimirum probat, si oppositæ simul pro veris habeantur, idem posse negari de seipso. Hæc omnia quomodo fiant in qualibet figurâ, fufius ostendit.			
		II. De tribus vitiis syllogif- mi: potest enim fieri ut			Cap. 16.	}	Quæsitum petat:
					Cap. 17.		Deducat ad impossibile ex adversarii hypothese, quod quidem impossibile ex hypothese non sequitur:
					Cap. 18		Falsam conclusionem inserat: nimirum propter falsam præmissam.
Cap. 19-21	— Cautiones injicit a disputantibus adhibendas.						

TABULA ANALYTICORUM PRI. LIB. II.

Agit {	III. De variis argumen- tandi ge- neribus, quæ redu- ci possunt ad Syllo- gismum : videlicet	Cap. 22.	Αντιστροφή, <i>conversione</i> : cum e con- versâ unius enunciationis in syllogismo sequitur conversa al- terius.
		Cap. 23.	Επαγωγή, <i>inductione</i> : quæ δια παντων των καθ' εξαστον, per omnia singula- ria, colligit universale.
		Cap. 24.	Παραδειγματι, <i>exemplo</i> : quod ex μερους μεροσ colligit, οταν αμφο- μεν η υπο το αυτο, sub eodem ge- nere, γνωρισμον δι. θατισον.
		Cap. 25.	Απαγωγή : cum concessa sit præ- missa major ; ignota minor ; conclusione tamen aut credibili- or aut probatu facilior ; ita enim minorem probando ad scienti- am abducimur.
		Cap. 26.	Εκτασεις, <i>objectione</i> : quæ est προλασις προλασις κωδicia, sive εως sive επι μερες.
		Cap. 27.	Ενθυμηματι, <i>enthymemate</i> : quod est συλλογισμος ατελης εξ εικοδων η σπρειων-εικοδων, ut "invidet, ergo "odit,"-σημειων, ut "lac habet, "ergo fert utero."

TABULA ANALYTIC. POST. LIB. I.

Agit {	I. De Scien- tiâ et Demon- stratione : ubi statuit	Cap. 1.	Quod πασα διδασκαλια κη πασα μαθησις διανοητικη εκ προεπαρχουσης γινεται γνωσεως : videlicet quaestionis, et αρχης five principii probantis.	
		Cap. 2.	1. Quod επιστημη, scientia, est οταν την τ' αιτιαν οιωμεθα γνωσκειν δι' την το πραγμα εσι, οτι εκεινη αιτια εσι, κη μη ενδεχεται τουτ' αλλως εχειν. 2. Quod αποδειξις, demonstratio, est συλλογισμος επιστημονικος, five συλλογισμος εξ αληθων τε, κη πρωτων κη αμεσων, κη γνωριμωτερων, κη προτερων, κη αληων τε συμπερασματος : hujus definitionis partes figillatim explicat.	
		Cap. 3.	Principia per se cognosci : conclusionem per principia.	
		Cap. 4-6.	Præmissâ unâ et alterâ tum definitione tum cautione, demonstrationem esse συλλογισμον εξ αρχων αναγκαιων.	
		Cap. 7.	Non licere in demonstratione migrare a genere ad genus :	
		Cap. 8.	Conclusionem demonstrationis esse αιδιον, ατερναε veritatis.	
		Cap. 9-11.	Demonstrationem esse ex principiis scientiæ cuilibet propriis, et proinde indemonstrabilibus : alia namque uni scientiæ propria esse, ut " lineæ qualitates, geometriæ ;" alia pluribus communia, ut nonnulla arithmeticiæ et geometriæ ;" alia denique omnibus communia, ut " axiomata, dialecticam, metaphysicam : "	
		Cap. 12.	Cum idem sit ερωτημα συλλογιστικον et προδιασις, unamquamque scientiam propria habere ερωτηματα.	
				M

# TABULA ANALYTIC. POST. LIB. I.

}	Cap. 13.	1. Quomodo differant inter se demonstratio δι' ὅτι (de quâ hæcenus) et demonstratio ὅτι: quarum hæc τὸ πρῶτον αἰτιον non assumit, aliquando etiam non αἰτιον :	
	Cap. 14.	2. Illam ad Scientias <i>principes</i> præcipue pertinere; hanc vero ad subalternas. Figuram primam esse scientiæ apertissimam.	
Agit	II. De Ignorantiâ Scientiæ et Demonstrationi oppositâ; docetque	Cap. 15-18	1. Quod ignorantia est duplex 1. <i>κατὰ τὴν ἀποφασιν, puræ negationis.</i> 2. <i>κατὰ τὴν διαθέσιν, secundum dispositionem,</i> deceptio per aliquam mentis operationem: quæ sit vel per propositionem, vel per syllogismum. 2. Quod si quis <i>sensus</i> defuerit, eatenus sequatur necesse est ignorantia puræ negationis.
Solvit	III. Dubia quam plurima; unde fit ut explicentur variz Scientiæ et Demonstrationis proprietates: statuit scilicet	Cap. 19-22 Cap. 23. Cap. 24-26 Cap. 27-28	Principia demonstrationis non esse infinita; præsertim cum <i>media</i> summis generibus et individuis utrinque contineantur necesse sit: quæ quidem ita se habere speciatim probat in demonstratione tum negante tum affirmante: Proinde, in demonstratione, propositiones mediatas et demonstrabiles ad <i>πρότασις ἀμεσῆς</i> et <i>ἀεχῆς ἀναποδείκτες</i> esse reducendas: Demonstrationem universalem præstare particulari, affirmantem neganti, ostensivam ducenti ad impossibile. Quæ scientia aliâ sit accuratior et prior: quæ <i>una</i> dicenda sit scientia, quæ plures.

TABULA ANALYTIC. POST. LIB. I.

}	Cap.	29.	}	Ejusdem rei plures esse, per diversa media, demonstrationes.
	Cap.	30.	}	Τὴ ἀποτυχῆς non esse demonstrationem. Δι' αἰσθησεως non haberi demonstrationem: cum sit illa singularium, hæc vero universalium: conducere tamen τὴν αἰσθησιν ad cognitionem universalium, et proinde ad demonstrationem.
	Cap.	31.	}	Non esse eadem omnium syllogismorum principia: cum ob alias causas, tum etiam quod alia vera sint, falsa alia; alia ἐξ ἀναγκῆς, alia ἐνδεχομενα.
	Cap.	32.	}	Longe discrepare inter se scientiam, et δόξην, opinionem; cum illa verifatur circa ἀναγκαῖον; ο ἐκ ἐνδεχόμεναι ἀλλως εχειν, hæc vero circa τὰ ἐνδεχομενα ἀλλως εχειν.
	Cap.	33.	}	Quod ἡ ἀγγινοια, facultas in scientiâ promovendâ primaria, εἶναι εὐστοχία τις, ἐν ἀσκησίῳ χροσίου τῶ μεσῶ.

TABULA ANALYTIC. POST. LIB. II.

Agit {	I. De quæstionibus scibilibus: quot sint, quomodo sciantur: et de De- finitione: ubi docet	Cap. 1. 2.	Quod τα ζήθημενα sunt quatuor; το οτι, quod fit; το δι' οτι, cur fit; ει εστι, an fit; τι εστι, quid fit: quorum omnia medium, nempe causam, quærerere.
	Cap. 3-10.	Quomodo sciatur quid fit; videlicet non probari per demonstrationem, syllogismum, divisionem, sed declarari per ορισμον definitionem; quæ quidem est vel 1. λογος τε τι σημαίνει το ονομα: vel 2. λογος ο δηλων δια τι εστι, quæ est similis conclusioni demonstrationis δι' οτι: vel 3. λογος δηλων τι εστι, quæ est similis conclusioni demonstrationis οτι: vel 4. θεσις τε τι εστιν αναποδεικτος.	
	Cap. 11-12	Quomodo sciatur cur fit: nimirum causæ sunt quatuor; 1. το τι ην ειναι, materia: 2. το τιων ολων αναγκη τετ' ειναι, forma: 3. η τι πρωτον εκινησε, efficiens: 4. το τινος εικα, finis: quomodo per singulas vel plures fiat demonstratio.	
	Cap. 13.	1. Quomodo investigetur definitio: nimirum, per attributa essentialia communia ita congesta, ut conjunctim conficiant attributum essentialia proprium: ut, "ternarius est numerus impar primus." 2. Quod definitio fit, vel methodo divisivâ, descendendo a genere ad species vel individua; vel induktivâ, ascendendo ab individuis vel speciebus ad genera.	
	Cap. 14-15	Quod divisio generum ad problemata invenienda confert: quorum quæ communi medio explicantur, pro iisdem haberi possunt.	
Cap. 16-18	Quomodo et quatenus causa et effectus per se invicem demonstrantur.		



TABULA ANALYTIC. POST. LIB. II.

Agit	II. Accuratiſſime de Intelli- gentiâ, quæ eſt omnis ſci- entix fun- damen- tum : ubi ſtatuit	Cap. 19.	1. Quod <i>Nous</i> , <i>intelligentia</i> , ſive pri- morum principiorum cognitio, non eſt ingenita, neque demon- ſtratione acquiritur.  2. Quod acquiritur per inductio- nem ex ſingularibus; <i>δι'αισθησεως,</i> <i>μητης, εμπειριας, γινεται ΤΕΧΝΗΣ</i> <i>αρχαι. η ΕΠΙΣΤΗΜΗΣ : ουκ μεν</i> <i>περι ΓΕΝΕΣΙΝ, τεχνης, ουκ δε</i> <i>περι ΤΟ ΟΝ, επιστημης.</i>
------	---	-------------	--

# TABULA TOPICORUM.

Agit {	I. In libro primo de Dialecticâ sive ratione argumentandi ex probabilibus: doctetque	Cap. 1. {	1. Quod syllogismus est, 1. αποδειξεις, de qua supra: 2. διαλεκτικός: 3. εριστικός, de qua infra. 2. Quod syllogismus dialecticus est ο εξ ενδοξων συλλογισμους: sunt autem ενδοξα, τα δοκηθηα πασι, η τοις πλειουσ, η τοις σοφοις· κη τε τοις, η τοις πλειουσ, η τοις μαλιστα γνωριμοις κη ενδοξοις.
	Cap. 2—4 {	1. Quod dialectica utilis est προς γυμνασιαν, προς εντευξεις, προς φιλοσοφιαν: 2. Quod iuum finem fere, ut artes cætera, licet non semper, consequitur.	
	Cap. 4—9 {	1. Quod omnis disputatio est vel de προτασει, sive quaestione simplicis, vel de προβληματι, sive quaestione disjunctivâ. 2. Quod omnis quaestio, vel genus, vel proprium, vel accidens, vel denique definitionem, continet: — quæ quidem omnia ad definitionem, minus commode tamen, revocari possent. 3. Quod hæc omnia accurate intelligi debent: in categoriarum unâ iemper reperiuntur.	
Cap. 10. {	Quod προτασις διαλεκτικη est 1. ερωτησις ενδοξος, η πασι, η τοις πλειουσ, η τοις σοφοις· κη τε τοις, η πασι, η τοις πλειουσ, η τοις μαλιστα γνωριμοις, μη παραδοξος. 2. τα τοις ενδοξοις ομοια. 3. τα ενανθηα καθ' ανηφασιν τοις δικουσιν ενδοξοις εηαι περιλειμενια. 4. οσαι δοξαι κατα τας τεχλιας εησι τας ειρημενικας.		

# TABULA TOPICORUM.

}	Cap. 11.	{	<p>1. Quod <i>προβλημα διαλεκτικον</i>, vel <i>αιρεσιν κη φυγην</i> respicit, ut practicum: vel <i>αληθειαν κη γνωσιν</i>, ut theoreticum: vel est <i>συνεργον</i> sive <i>instrumentale</i>, ut logicum.</p> <p>2. Quod <i>θεσις</i> est <i>υποληψις παραδοξος</i>, auctoritate tamen comprobata aut ratione vix rejiciendâ.</p>
	Cap. 12.	{	<p>Quod <i>των λογων των διαλεκτικων ειδη</i> sunt inductio, syllogismus:</p> <p><i>Τα δε οργανα</i> 1. propositiones ratione, auctoritate, opinione, probatissimæ. 2. voces, varias ob causas (quarum decem explicat) <i>οργανωμαι</i>. 3. rerum sub eodem genere, vel etiam (non diversarum admodum) sub diversis, differentia. 4. rerum sub diversis generibus, atque aliquando sub eodem, similitudines. — Horum instrumentorum usum et utilitatem figillatim explicat.</p>
	Cap. 13-18	{	

Agit	II. De <i>Τοποις</i> sive argu- mento- rum sedi- bus speci- atim: ubi locos va- rios fusiùs exponit, unde con- firmari possit	Lib. 2. 3.	{	Esse vel non esse accidens: ubi docet accurate admodum et copiose quomodo de hac quæstione sit disputandum, “bonorum plurium utrum optabilius.”
		Lib. 4.	{	Esse vel non esse genus.
		Lib. 5.	{	Esse vel non esse proprium.
		Lib. 6. 7.	{	<p>1. Esse vel non esse definitionem: accuratam esse, vel minus accuratam: ubi bonæ definitionis leges sparsim tradit quamplurimas.</p> <p>2. Subjiciuntur communiua quædam de genere, proprio, accidente, definitione, præcepta.</p>

# TABULA TOPICORUM.

Agit	III. In libro octavo De inter- rogatione, et respon- sione: ubi	Cap.	1. 2.	} Tradit regulas de interrogatione quamplurimas, partim disputationem syllogisticam, partim inductivam, spectantes.
		Cap.		
		Cap.	4-10	} Tradit regulas de responsione, pro diversâ θεωσις de qua agitur et τῶ ἐρωτηματος ratione, varias.
		Cap.		

Agit	IV. De exer- citatione: ubi	Cap.	14.	} Tradit regulas generales: ut 1. ἀντιστρέφειν ἐπιζῆσαι τῶ λογῶ, sive per conversam conclusionis cum reliquis ἐρωτημασι, unum quoddam ἐρωτηματιῶν evertere: 2. πρὸς ἀπασαν θέσιν κῶ οτι ἕτως κῶ οτι ἕχῶ οὕτως ἐπιχειρημα, κῶ τὴν λύσιν, σκεπτεσθαι: 3. definitiones tenere plurimas, et τοπος: et similia.
		Cap.		

TABULA LIB. DE SOPHIST. ELENCHIS.

I.  
De Sophistico-  
rum Elen-  
chorum  
Naturâ,  
Inventio-  
ne, et Ap-  
plicatio-  
ne : ubi  
statuit

Agit

- Cap. 1. { 1. Quod Elenchus est συλλογισμὸς ἢ ἀληθεύων τῶ συμπερασμάτων, Syllogismus cujus conclusio est contradictoria conclusionis alterius syllogismi.
2. Quod elenchi alii sunt ἀληθεῖς alii ψευδεῖς; falsorum alii φαινομένοι, οὐκ αἰεὶς; alii αἰεὶς μὲν, ἀλλ' οὐκ οἰκεῖσι τῷ πραγματῷ.
- Cap. 2. { Quod in disputatione, λόγων quatuor sunt genera, nimirum διδασκαλικοί, *professarii* five *solitarii*; διαλεκτικοί, *dialectici*; πειραστικοί, species dialecticorum falsum colligens ob ignorantiam respondentis; ΕΠΙΣΤΙΚΟΙ, five οἱ ἐκ τῶν φαινομένων ἐνδοξῶν, μη οὕτων δὲ συλλογιστικοί ἢ φαινομένοι συλλογιστικοί.
- Cap. 3. { Quod iis qui τοῖς λόγοις τοῖς ἐπιστικαῖς utuntur quinque sunt scopi five metae : viz. ἐλεγχῶ, ψευδοῦς, παραδόξου, σολοικισμῶ, το αὐτὸ λεγέειν.
- Cap. 4. { Quod sunt τῷ ἐλεγεῖν τρεῖσιν δύο; Alter, παρὰ τὴν λέξιν; nimirum ἡ ὁμωθυμία, ἡ ἀμφιβολία, ἡ συνθεσις, ἡ διαίρεσις, ἡ πρὸς ὁδία, το σχῆμα τῆς λέξεως :
- Cap. 5. { Alter ἐξ τῆς λέξεως; nempe το συμβεβηκός, το ἀπλῶς ἢ μὴ ἀπλῶς, ἢ τοῦ ἐλεγχῶ ἀγνοία, το ἐπομεινόν, το ἐν ἀρχῇ λαμβάνειν, το μὴ αἰετὸν ὡς αἰετὸν τίθεσθαι, το τὰ πλείω ἐρωτήματα ἐν ποιεῖν.
- Cap. 6. { Quomodo omnes hi παραλογισμοὶ ad ignorantiam elenchi reducuntur.
- Cap. 7. { Qua quisque eorum ratione incautum decipiat.
- Cap. 8. { Ex iisdem fontibus derivari ἐλεγεῖν τοῖς φαινομένοις ἐκ τῶν οἰκῶ μὲν ἀλλ' οὐκ οἰκεῖσι τῷ πραγματῷ.

TABULA LIB. DE SOPHIST. ELENCHIS.

}	{	Cap.	{	Quod elenchorum omnium, five	
		9.		αληθείς sint five ψευδείς, κοινές τῶν	
		Cap.		}	ostendit dialectica; cuilibet scienti-
		10.			αἱ proprios dispicere ad quem-
		Cap.			libet scientem pertinet.
11.	Male dividi λογῆς in τρεῖς πρὸς τὸνο-				
Cap.	}	Quomodo convenient inter se et			
12-14		differant διαλεκτικῆ, πειραστικῆ,			
Cap.		εριστικῆ, σοφιστικῆ, ἀποδείξις, τὸ ψευ-			
15.		δογραφήμα.			
}	{	Cap.	{	Quomodo fiat ψευδός, παραδοξόν, τὸ	
		16-23		αὐτὸ λέγειν, σοδοικισμὸς.	
		Cap.		}	Quomodo ὁ ἐρωτῶν paralogismos
		23-30			suos disponat felicissime.
		Cap.			Quomodo artificiose solvat ὁ ἀπο-
31-32	κρημομένος: viz. primū τρεῖς παρα-				
Cap.	}	Secundo, τρεῖς ἐξω τῆς λέξεως.			
33.		Tertio, perducentes ad τὸ αὐτὸ			
Cap.		λέγειν, σοδοικισμοί.			
33.		Paralogismos in unaquaque specie			
}	{	Cap.	{	Habitâ brevi ἀνακεφαλαιῶσαι, se	
		34.		methodi hujus dialecticæ aucto-	
				rem esse profitetur.	

<b>P</b> ROOEMIUM - - - - -	pag. 1.
CAP. I. DE VOCE SIMPLICI SIVE SIMPLICI APPRE-	
HENSIONE - - - - -	3
CAP. II. DE VOCE COMPLEXA SIVE JUDICIO - - -	16
CAP. III. DE VOCE DECOMPLEXA SIVE DISCURSU -	28
CONCLUSIO - - - - -	50
DE USU LOGICAE - - - - -	54
CONSPECTUS ORGANI ARISTOTELIS - - - - -	78

# E R R A T A.

P A G.		L E G E.
13	_____	opposita.
40	_____	solœclsmum.
44	_____	vi. Fallacia.
Ibid.	_____	vii. Fallacia.
48	_____	Stagiritâ.
64	_____	cœlestium.
Tab. lib. de interp. cap 7.	_____	ακολουθησεις.
Tab. anal. pri. lib. 2.	_____	cap. 8—10.
Ibid	_____	cap. 18.
Tab. topic. cap. 12.	_____	λογον.









